Queritur Qūo phs soluit ꝯña p̄dictas Soº sic. qꝛ in pma cōmittit fallacia ꝯñtis. qꝛ in ea arguit a destructiōe añtis ad destructōem ꝯñtis. sicut phs dt in libro elencoꝝ. In scd̄a ꝯmittit fallacia equocatōis. qꝛ in ea equocat pncipiū. nā aliter accipit in ista ꝯña ꝗ in pma. Quia in pma ꝯña accipit p pncipio duratōis ꝛ effectiuo. sic eñ valet ꝯña. si aliqd est factū ipm hꝫ pncipiū effectiuū. sed in ista ꝯña accipit p pncipio magnitudinis. qꝛ sic seq̄tur. ens nō hꝫ pncipiuȝ magnitudinis. g̃ est infinitū. qꝛ om̄e finitū dꝫ habere pncipiū ꝛ finez magnitudinis In tercia ꝯña ꝯmittit etiā fallacia ꝯñtis. qꝛ nō valet ꝯña. hoc est infinitum. g̃ est immobile. qꝛ posset stare motus ꝗuis esset solū vnū ens infinitū. Posito eñ casu ꝙ aq̄ esset infinita posset tñ adhuc moueri intra se ꝑm ptes. Etiā licet hoc infinitū nō moueat motu locali. possꝫ tñ moueri motu alteratōis

Ar Motus localis est pmus motuū. g̃ si nō esset mobile motu locali. nec moueri possit aliquo alio motu Solō. motus localis ē bene pmus motuū. qꝛ est cā alioꝝ simplr ꝛ in diuersis. non tñ est primus in eodē ¶ Quartā ꝯñam soluit dicens ꝙ non seq̄tur. si ens est infinitum et immobile ꝙ est tm̄ vnū. qꝛ nō seq̄tur ꝙ esset vnum qualitercūꝗ absq̄ distinctōe. qꝛ si ens est infinitū nō seq̄tur ꝙ est vnū ꝑm spēm. sed si est infinitū pt esse vnū ꝑm materiā. ꝛ hoc videt fuisse de intentōe phoꝝ q̄ posuerūt vnā materiā rerum infinitam. scꝫ aerem vel aquam

Queritur Que fuit opinio permenidis. Solutio ꝙ esset vnum ens imobile ꝛ hoc sic ꝓbabat. Quicqd ē ens ē vere ens: sed vnū est ens. ergo vnū ē vere ens. ergo vere ens ē vnū. Tūc arguit sic Omē ens vnū vere est ens. sed accns est extra vnū vere ens ergo accns nō est vnū vere ens. ergo vnū ens est suba. Et tūc ꝯñter sic intulit. Quicqd est vnū caret multitudine ꝛ motu. Qd sic ꝓbat. Quia omē qd mouet mouet ad aliqd qd non habet. Illud aūt qd nō hꝫ est extra se. g mouet ad illud qd est extra se. sed extra ens nihil est. ergo si mouet tunc mouetur ad id qd nihil est qd est falsū. ergo ens est vnū ꝛ imobile.

Queritur Quomodo phs soluit istas rōnes Solutio dicit ꝙ peccant in materia ꝛ forma. In materia. qꝛ permenides falsum assumit. Supponit em̄ ꝙ ens dicat vno modo cū tñ multis modis dicat. Etiā potest dici ꝙ ponētes vnū ens vel plura entia diuersimode peccant in forma. quia in simili forma potest dari instantia. vt si ponat in rōne permenidis loco entis albū ita ꝙ nihil sit nisi albū tūc ad huc ponunt plā entia eo ꝙ albū duo ſcat scꝫ q̄litatē ꝛ suū subiectū. Phs soluēdo specialiṫ rōnes permenidis oñdit ꝙ rōnes ille nihil ꝯcludūt. qꝛ nec potest ens ī sua rōe capi pro substātia. nec ꝓ accidēte. nec pro toto integrali. nec pro toto diffinitiuo. nec ꝓ vno indiuisibili. ꝛ per ꝯñs rōnes permenidis nihil ꝯcludūt

Queritur Quomodo ostendit phs ꝙ non potest ibi capi pro substantia Solutio. quia si caperet ens in rōne permenidis pro substantia. tunc sequeret ꝙ accidens esset nō ens et per cōsequens sequeret ꝙ suba etiā esset nō ens. Seqla patꝫ. qꝛ accidēs dicit de suba. sed accns vt sic est nō ens. g etiā suba esset nō ens. Quia illud videt esse nō ens de quo non ens vere dicit siue predicatur.

Queritur Quomodo oñdit phs ꝙ ens nō pt ibi capi pro accñte Solutio. qꝛ si caperet ibi ens ꝓ accñte. tūc seqret ꝙ suba esset nō ens. eo ꝙ nō esset accns. Sed hoc ē incōueniēs dicere. qꝛ sic sequeretur ꝙ accns etiā esset nō ens. qꝛ accns dꝛ de suba. sed quicqd dꝛ de nō ente videt etiā esse nō ens. Etiā sequeret ꝙ accns esset suba qd falsū est. Seqla ptꝫ qꝛ accns nō pōt ꝑ se existere. si g ponat per se existere iam non erit accidens. sed substantia cum illa solū per se existat.

Ar Videt ꝙ debet capi ens pro suba in rōne permenidis. et ꝙ sit solū vnū ens. Probat sic arguēdo. Suba ē ens. et est tm̄ vnū. ergo ē tm̄ vnū ens Solutio tm̄ pt dupľr accipi. vno mō pt facere ꝓpōnem exclusiuā. ita ꝙ virtus eius cadat sup totam ꝓpositionem. ꝛ sic ꝓpositio est falsa. Alio mō pōt facere ꝓpositōnem de excluso subiecto. ꝛ sic est vera. quia tūc sensus eius est. aliqd quod est ens quod est substantia est vnū

Queritur Quō oñdit phs ꝙ ens nō pt capi ꝓ toto magnitudis Solutō sic. qꝛ si staret ibi ꝓ toto magnitudis. tūc ꝑ diuisionē ꝯtinui pñt eē plā entia. ꝙ ipē tñ negat. Seqla ptꝫ. qꝛ q̄libet magnitudo est diuisibilis in infinitū in ꝑtes que a toto distinguunt vt i tercio hꝰ dꝛ.

Queritur Quō oñdit phs ꝙ ens nō pt ibi capi ꝓ vno indiuisibili Solutio. qꝛ indiuisibile neqꝫ est quale neqꝫ quantū.

necq finitū necq infinitū. Jam permenides dixit hoc vnū ens esse finitū. Patet ergo q̄ nō potest dici hoc ens vnum indiuisibile.

Querit Quō phat phs q̄ ens nec pt in rōne permenidis capi p toto definito Solutio sic. q2 si capet ibi pro toto definito tūc sequeret q̄ essent plura entia qd ipe negat. Sequela patet. q2 ptes definitōnis sunt vera entia seu substantie et sic essent plura.

Querit Quō ōndit phs q̄ ptes definitōis sunt vera entia z substantie. z q̄ non sint accidētia Solutio p declaratōne illius ponit duas suppositiones. Prima est q̄ duplex est accñs scz sepabile et insepabile. Secūda est q̄ definitū nō pt esse de definitōne ptiū definientiū Istis sic suppositis format rōnes sic. Si ptes definitōnis essent accidētia vel ergo sepabilia vel insepabilia. sed nullū istoz potest dici. ergo partes definientes nō possunt dici accñtis. Non sepabilia. q2 sicut tota definitio nō potest a definito separi. ita nec ptes eius. Non insepabilia. q2 tūc definitum esset de definitōne partiū definientiū. qd est cōtra scdam suppositōnez Sequela patet. q2 accñs hz definiri per suū subiectū. si ergo partes definiētes essent accñtia insepabilia ipius definiti. tunc p ipm definitū tanq̄ p suū subiectū haberent definiri. z sic definitū esset de definitōe partiū definientiū Nec etiā pt dici q̄ forte ptes definientes acciderent alteri a definito. q2 cuicunq̄ accideret definitio. eidem accideret definitū. sed hoc est falsum. q2 definitū est substātia que nulli accidit. Cū dicit phs qd vere est nulli accidit Et qd vnū est substātia nulli alteri potest esse accidens.

Secundus tractatus

¶ Querit. Quomodo continuat iste tractatus ad p̄cedētē Solutio sic Ostēq in p̄cedenti tractatu phs posuit opiniones innaturaliter loquentiū. Hic ɔsequēter ponit opiniones naturaliter loquētiū. z cōpat eas ad inuicē. Et postremo reprobat opinionem Anaxagore multis rationibus.

Querit Qui phi dicūtur naturaliter locuti Solutio illi q̄ cōcesserūt p̄ncipiū naturalis phie. scz qui cōcesserūt motuz esse. principiū em̄ naturalis phie ē motus. Et illi dicūtur innaturaliter locuti. qui negauerunt motum.

Querit Quō sūt diuersificati naturaliter loq̄ntes de p̄ncipijs rez naturaliū Solutio posuit duos modos fiendi rez Quia ponētes vnū principium dicūt oia fieri rarefactione z condensatione Et ponētes plura p̄ncipia dicūt oia fieri cōgregatōe z segregatōe Et sic pz q̄ ponētes vnū p̄ncipiū materiale p̄ter h̄ ponebāt duo ɔ̄ria. s. raz z densū

Querit In quo naturaliter loquentes poneutes vnum p̄ncipiū ɔueniūt cū platone z i q̄ differūt. Solutō ɔueniūt in hoc. q2 sicut illi ponebāt vnū p̄ncipiū nō hñs ɔ̄riū z p̄ter hec duo ɔ̄ria ita et plato posuit duo ɔtraria p̄ncipia z vnū nō hñs ɔtrariū. Differūt in hoc q2 plato posuit illa duo ɔtraria p̄ncipia ex pte materie. scz magnū z paruū et vnū aliud p̄ncipiū nō hñs ɔtrariū ex pte forme. scz ideam. Sz illi pone-

bāt vnū ṗncipiū materiale ⁊ duo ex ꝑte forme scȝ rarū ⁊ densū. Et sic patȝ ꝙ opiniones eoꝝ se hn̄t oppositio mō. ⁊ sic plato posuit duo ex ꝑte materie et vnū ex ꝑte forme. Sȝ alij posuerūt duo ex ꝑte forme. ⁊ vnū ex ꝑte materie.

Queritur Quō ponētes plura ṗncipia ꝯueniūt ⁊ dn̄t in mō ꝑ positōis Solutō ꝯueniūt Anaxagoras et Empedocles q̄ꝛ posuerūt ṗncipia oīm latētia in cōfuso cahos. Sȝ dn̄t tn̄. q̄ꝛ Empedocles dixit illa latētia in ꝯfuso cahos esse finita. ⁊ vocauit ea q̄ttuor elemēta et ex illis dixit generari oīa ⁊ corrūpi ꝑ litē ⁊ amiciciā. Anaxa. aūt dixit illa q̄ latēt in cōfuso cahos eē infinita. vt statim patebit.

Queritur Que fuit opinio anaxagore Solutio ipe dixit qđ qđlibet esset in quolibet infinicies. ⁊ ꝙ qđlibet fieret ex quolibet. q̄ꝛ dixit ꝙ res infinicies essent in se inuicē in vno cahos.

Queritur Quod fuit fūdamentū positōis eius Solutio fūdamētū eiꝰ fuit. q̄ꝛ supposuit ꝙ ex nihilo nihil fit. ⁊ ꝙ qđlibet indifferenter fieret ex suo ꝯtrario vel ex suo siłi. Et arguebat sic ad ꝓpositū suū. Om̄e qđ fit. fit ex nihilo vel ex aliq̊ sui. nō ex nihilo. q̄ꝛ ex nihilo nihil fit ergo ex aliquo. Et q̄ꝛ ꝯtrariū fit ex suo ꝯtrario vel ex suo simili. ergo quodlibet est in quolibet. ⁊ quodlibet etiam fit ex quolibet.

Queritur Quō debet solui illa rō Solutio sic. Quia bene verū est ꝙ ex nihilo simpliciter nihil fit. sed tamē ex eo quod nihil ē actu aliquid tamen in potentia bene potest aliquid fieri. ⁊ sic est de subiecto generationis. qđ est materia.

Queritur Quō rn̄debat Anaxa. qn̄ fuit sibi q̄situ̅. Si qđlibet esset in q̄libet. q̄re tūc qđlibet nō denoīaꝝ a quolibet Solutio dixit ꝙ res nō denoīaꝝ a q̄libet in ea existente. sed ab eo solum quod magis in ea abundat.

¶ Queritur. Quomodo reprobat p. positōnē ipiꝰ Anaxa. Solutio dupliciꝝ ṗmo reprobat opinionē ipius in se. secūdo quo ad modū eius.

Queritur Quot rōibꝫ improbat opinionē Anaxa. in se Solutō q̄nqꝫ ¶ Prima rō ē. Si eēnt infinita ṗncipia reꝝ naturaliū. tūc res naturales nō eēnt a nobis cognoscibiles. q̄ꝛ res naturales non cognoscūꝝ nisi ꝯgnitis ṗncipijs. Si g̊ ṗncipia eēnt infinita tūc ꝓȝ ꝙ hm̄oi nō pn̄t a nobis cognosci. q̄ꝛ infinitū vt hm̄oi nobis ē incognitū. Diciꝝ autē ſm ꝙ hm̄oi. q̄ꝛ infinitū ſm multitudinem est ignotum ſm multitudinem et infinitū ſm magnitudinē est ignotum ſm magnitudinem.

Ar Infinitū pt a nob ꝯgnosci. g̊ h̄ dcm̄ fłm Probaꝝ q̄ꝛ ṗᵃ cā ē ifinita et tn̄ ē ꝯgnoscibilis maxīe eo ꝙ ē purissimꝰ actꝰ Soluᵒ lȝ ṗma cā in se sit maxīe ꝯgnoscibilis. sicut lumē ex natura sua ē maxīe visibile tn̄ sic nō videꝝ lumē maxīe ab īfirmo oculo ꝓpꝝ hoc. q̄ꝛ excedit ꝓportōem q̄ dȝ eē inter obiectū ⁊ potētiā. sic etiā ꝓpꝝ ꝑfectōem suā ⁊ eleuatōem sup̄ nr̄m intellectū nō p̄t maxīe a nob ītelligi. Etiā rō ꝓcedit de īfinito materiali qđ ē ipfectū. deꝰ aūt nō ē sic īfinitꝰ. lȝ ſm Albertū dꝛ infinitꝰ respectu triū scȝ intellectꝰ. q̄ꝛ ītellectu nō p̄t ꝯphēdi. respectu tꝑis. q̄ꝛ nō ē eo mensurabilis et respectu loci, quia non ē eo circumscriptibilis ¶ Scđa ratio est si principia

rerũ naturaliũ essent infinita exñtia sic in cõfuso cahos tũc etiã res naturales essent actu infinite. sed hoc ē falsum. qꝛ res naturales sunt ad maximũ ꝛ ad minimũ determinate. Seq̃la ꝓbat᷑. qꝛ in infinitũ p̄t aliq̃d ex alio generari. ꝛ quicq̃d generat᷑ ex alio semꝑ preest in alio. g̃ totum est infinitũ.

Ar Omnes res naturales sunt quãte. sed q̄ntũ ē diuisibile in infinitũ ergo res naturales nõ sunt ad maximũ ꝛ ad minimũ determinate ¶ Solutio si accipiant᷑ res naturales ſm speciē tũc sunt ad maximũ ꝛ ad minimũ determiate. qꝛ sic dabilis ē minima caro. q̃ si amplius diuideret᷑ nõ diceret᷑ caro. Sed si accipiant᷑ res naturales ſm gen⁹ in rõne cõtinui sic ꝓcedit argumentũ. qꝛ tunc non est deueniendũ ad minimã partem.

Ar Ignis crescit in infinitũ appositis sibi cõbustibilibꝫ. ergo res naturales ſm spēm nõ sunt ad maximũ ꝛ ad minimũ determinate Solutio argumentũ solũ ꝓcedit ex suppositõne cui⁹ añs est impossibile. qꝛ impossibile est esse infinita cõbustibilia. ꝛ sic nõ est incõueniens esse falsũ licet tota ꝯña sit necessaria. qꝛ tota cõditionalis p̄t esse vera cui⁹ tñ quelibet pars ē falsa. sicut pꝫ de ista si asinus volaret asin⁹ haberet pennas.

Querit᷑ Quare pħs nõ reprobat opiniones antiquoꝝ scꝫ Eracliti Diogenis Thalis et Leucippi Solutio qꝛ opiniones eoꝝ min⁹ repugnãt ei ꝛ etiã eoꝝ opiniones magis reprobant᷑ in alijs libris Empedoclis em̄ opiões reprobãt᷑ i ꝑmo perigeneseos vt ibi videbit᷑ ¶ Tercia rõ est. Si res naturales essent infinicies in se inuicē tũc possent etiã segregari a se inuicē. vel ergo illa segregatio ibit in infinitũ. Uel stabit aliquando. Non ibit in infinitũ. quia tunc finitum per ablationem finiti nõ consumeretur quod est falsum. nec etiam stabit. quia sic esset dabile aliq̃d purum ex quo nihil amplius poterit segregari qđ negauit Anaxagoras ¶ Quarta ratio est. quia est dabilis minima caro et minimũ os ſm Anaxagoraꝫ. Si ergo quodlibet posset segregari ex quolibet. tũc esset dabile aliq̃d minus minimo.
¶ Quinta ratio. si quodlibet potest segregari ex quolibet in infinitum. tunc sequeretur ꝙ in aliquo essent infinicies infinita quod est simpliciter impossibile.

Querit᷑ Quomodo reprobat pħs Anaxagorã in modo ponendi Solutio sic. quia Anaxagoras posuit res fieri per intellectum agentem segregantem res ex confuso cahos. Sed non potest dici ꝙ omnia segregatione fiant. quia omnia non possunt a se inuicem segregari. ex quo accidens non potest segregari a suo subiecto. quod tamen etiã Anaxagoras concessit. Et ergo dicitur Anaxagoras propriam vocem ignorasse.

Tercius tractatus

☞ Queritur. Quomodo iste cõtinuat᷑ ad precedentē. Solutio sic. Quĩꝫ in p̄cedentibꝫ pħs determinauit de principijs rerũ naturaliũ ſm opiniones antiquoꝝ. Jam ꝯñter determinat de eisdem ſm opinionē ꝓpriã. Et facit tria ꝑ ordinē. Primo determinat de con-

trarietate principiorū. Secūdo de numero principiorū Et tercio de desfinitionib⁹ eorundem.

Queritur Quō pbat phs ꝙ principia rerū naturaliū sunt ꝯtraria Solutio dupliciter. Primo testimonio antiquorū sic. q₂ fere oēs antiq̄ dixerūt principia rerū naturaliū esse ꝯtraria. Et hoc patet primo de his qui innaturaliter locuti sunt scʒ permenides ⁊ melisso. q₂ illi posuerūt preter vnū ens imobile duo ꝯtraria scʒ calidū et frigidum. Scdo ptʒ de his qui naturaliter locuti sunt ponētes vnū pncipium. q₂ illi posuerūt preter hoc vnū pncipium duo cōtraria scʒ rarū et densuʒ. Tercio ptʒ de his q̄ posuerūt infinita pncipia. q₂ illi posuerunt duo ꝯria scʒ plenū ⁊ vacuū. et sic omēs antiq̄ vt dicit Aresto. tanq̄ a veritate coacti posuerūt principia rerum naturalium contraria.

Queritur Quare dt phs ꝙ omēs fere antiq̄ dixerūt pncipia rerū naturaliū ꝯtraria. Solutio dicit fere ꝓpter anaxagoram q̄ nō posuit principia nature esse ꝯtraria. q₂ posuit sile fieri ex sile.

Ar Nō omēs posuerūt pricipia rerū naturaliū ꝯtraria dēpto anaxagora. Probaṫ q₂ innaturaliter loquētes scʒ pmenides et melissus posuerūt tm̄ vnū ens. ⁊ impossibile esse plura. ergo nō posuerūt cōtraria Solō ipsi posuerūt solū vnū pncipiū fm veritatē ⁊ intellectū. tamē fm apparentiā sensus posuerūt contraria scʒ calidū et frigidum

¶ Queriṫ. Quot sunt cōditiones principiorū Solutio tres.
¶ Prima est cōtraria non fiunt ex alterutris.
¶ Secunda est ꝙ contraria non fiunt ex aliis.
¶ Tercia est ꝙ omnia alia fiunt ex ipsis.

Ar Principia fiunt ex alterutris. ergo prima conclusio falsa. Probaṫ q₂ forma fit ex materia Solutio forma consideratur dupliciter. Uno modo in ratione principii et sic forma nō fit ex materia Alio° consideratur in rōne principiati. et sic forma fit ex materia

Queritur Quō phs pbat ex illis cōditionib⁹ ꝙ principia sunt cōtraria. Solutio. q₂ cōditōnes primorꝝ pncipiorꝝ ꝯriorꝝ cōueniūt principiis rerꝝ naturaliū. g̈ principia rerꝝ naturaliū sunt ꝯtraria. ꝯña nota. Añs pbaṫ. q₂ principia rerū naturaliū non pñt fieri ex aliis. q₂ sic nō essent principia. Nec̄ ex alterutris. q₂ pricipii nō est principiū. Et omīa alia dicūtur fieri ex ipsis. vt manifestum est

Queritur Quō probat phus ꝙ omīa alia fiunt ex principiis cōtrariis. Solutio sic. quia videmus in omni actione naturali ꝙ nō q̄libet fit ex quolibet indifferenter. sed vnūquodq̄ fit ex determinato et ex suo contrario. Et hoc probat tam in simplicibus q̄ȝ in compositis. In simplicibus patet. Quia musicū fit ex quocūq̄ sed ex immusico sibi opposito. Et album non fit ex musico. sed ex non albo sibi determinate opposito ⁊ contrario. In compositis etiam patet. quia consonans nō fit ex cōsonanti. sed ex inconsonanti.

Queritur Quid est cōsonās Solō Arestote. intelligit per cōsonās in ꝓposito totū aliquod qd̄ est cōpositū ex ptib⁹

sub vna harmonia ꝓportionis stantib⁊. Et ex opposito per incōsonans.

Vr̄. Q̄uō differūt antiqui in modo positionis contrariorū So lutio sic. q̄ licet om̄es antiqui posuerūt contraria p̄ncipia. tamen quidā eorum posuerūt illa contraria priora. quidam vero posteriora. et quidam posuerunt illa priora s̄m sensum. q̄dam s̄m intellectū Priora s̄m sensum dixerunt illi qui posuerūt calidū et frigidū. Et priora s̄m intellectū dixerunt illi qui posuerūt par et impar. abundantiam et defectum cōcordiam et discordiam.

Ar̄ Principia rex̄ naturaliū nullo mō sunt ꝯtraria. Probat᷑. q̄ materia nulli ꝯriat᷑ vt manifestū est. neq̄ etiā forma ⁊ p̄uatio. q̄a illa opponūtur p̄uatiue. g̊ nō ꝯtrariant᷑ Solō licet forma ⁊ p̄uatio nō cō trarient᷑ ꝯrietate ꝓprie dicta. ꝯriant᷑ tn̄ vtiq̄ ꝯrietate cōiter dicta. q̄ ꝯtrarietas cōiter dicta se etiā extēdit ad oppositōem ꝯtradictoriā. ⁊ p̄uatiuā

Querit᷑ Quot modis accipitur priuatio. Solutio trib⁊ modis Primo pro formali suo scȝ p̄ carentia. et sic priuatio opponitur forme contradictorie. quia sic dicit simpliciter non esse forme Secūdo mō accipit᷑ priuatio p̄ formali et materiali simul. absolute tamen et sic priuatio opponit᷑ forme priuatiue Tercio modo priuatio capitur pro formali et materiali. non tamen absolute sed p̄ut est fulcita in contrario habitu. ⁊ sic dicit quid positiuum. ⁊ opponitur forme cōtrarie. formale priuationis est carentia. materiale āt eius est aptitudo q̄ est eiusdem essentie cum forma acquirenda

Ar̄ Substātie nihil est cōtrariū. sed principia rerum naturaliū sunt substātie. ergo principia nō sunt ꝯtraria. Solutio substātie a substando dicte nihil est ꝯtrariū. vt dicit ph̄s in predicamētis. tamē substantie a substantiando dicte bene potest esse aliq̄d contrariū contrarietate cōmuniter dicta. licet nō cōtrarietate proprie dicta.

¶ Querit᷑. Quot sunt p̄ncipia Solō tria. s. materia. forma. p̄uatio.

Querit᷑ Q̄uō ꝓbat ph̄s q̄ nō p̄ōt esse vnū principium tm̄. Solutio. quia principia rerum naturalium sunt cōtraria. sed idem non potest sibiipi contrariari. et contraria sunt ad minus duo. ergo nō potest esse tm̄ vnum principium

Ar̄ Omis multitudo ad vnitatē est reducenda. ergo erit tm̄ vnum p̄ncipium ⁊ nō tria Solutio est tm̄ vnū principiū extra genus q̄d est de⁹ gloriosus a q̄ cūctis deriuatū est eē ⁊ viuere his q̄dē clari⁹. his ꝟo obscuri⁹ Sȝ sunt plā in gñe. ⁊ potissimū sunt tria p̄ncipia rex̄ naturaliū Ul̄ d̄r etiā q̄ ois mltitudo reducit᷑ ad vnitatē sui ordinis ⁊ sic ē h̄ etiā

Querit᷑ Q̄uō ph̄s oñdit q̄ nō sunt infinita p̄ncipia Solō q̄tuor rōnib⁊ ¶ Prima est. q̄ infinitū nō ē a nobis cognoscibile. si g̊ eēnt infinita p̄ncipia rex̄ naturaliū. tūc res naturales eēnt nobis ignote cuiu⁹ ꝯtrariū tenem⁹ ¶ Scd̄a rō est. q̄ Empedocles d̄r melius locut⁹ fuisse q̄ Anaxago. ex eo q̄ posuit finita p̄ncipia. meli⁹ em̄ est esse finitū q̄ infinitū ¶ Tercia rō est. q̄ in vnoquoq̄ genere est vna p̄ma

ꝯtrarietas.sed substantia est vnum genus.ergo in genere substantie est
vna prima ꝯtrarietas.et per cõsequens non possunt esse infinita. qꝛ sunt
cõtraria ¶ Quarta rõ est. Quia vbicũqꝫ est ordo ibi nõ est infinitas. sed
inter contraria est ordo.ḡ nõ pñt esse infinita ꝓncipia ꝯtraria Minor ꝓ
baẗ.qꝛ q̄dã ꝯtraria sunt priora.q̄dã vero posteriora.vt sup̄ habitũ est.

Ar Sunt infinita principia rerũ naturaliũ.ḡ ꝓbaẗ.qꝛ sunt infinite
res naturales.ergo etiã erũt infinita principia.qꝛ principiũ ⁊ prin
cipiatũ sunt relatiua Solutio sunt infinita principia ſm numerũ.Sed
sunt solũ tria principia ſm genericã rationem principiandi

Querit Q̃ ꝓbat phs qꝫ nõ pñt eẽ tm̄ duo ꝓncipia rerꝫ natu
raliũ Solõ tribꝫ rõnibus ¶ Prima est.qꝛ principia
rerũ naturaliũ sunt contraria.sed ꝯtraria req̄runt vnũ terciũ subiectum
in quo se transmutant.ergo preter duo contraria principia necesse est esse
terciũ subiectũ.Minorẽ ꝓbat phs.qꝛ concordia non fit ex discordia:nec
econtra,eo qꝫ contraria abstracta a subiecto non transmutant se mutuo.
sed transmutant se inq̃tum ꝯueniunt in vno subiecto. vt cõcors bñ fit
discors ¶ Scd̃a rõ est.qꝛ ꝯtraria sunt accñtia.id est modũ accidentium
habent.ergo p̄ter duo contraria necesse est ponere terciũ subiectum
¶ Tercia ratio est.quia ex non substantijs non fit substantia. sed ꝯtra
ria sunt nõ substantie.ergo necesse est ponere terciũ qd̃ contrarijs subijci
atur.⁊ ꝑ ꝯñs nõ possunt esse duo tm̄ principia sed requirũtur tria.

Querit Q̃ ostendit phus testimonio antiquorũ qꝫ preter
duo contraria est terciũ subiectum. Solutio q̃a illi
posuerũt aerem pro principio posuerũt duo contraria scꝫ rarum et den
sum.et sic preter contraria posuerũt subiectum.et similiter illi qui posue
runt ignem et aquã In hoc tamẽ differebant inter se.qꝛ quidã posuerũt
materiã plus separabilẽ a contrarijs sicut qui ponebant aerem et aquã
quidã vero minus sicut qui ignẽ posuerũt.nõ em̄ salua substantia ignis
potest calorem amittere sicut aqua potest amittere suam frigiditatem sal
uata in sua substantia

Querit Q̃ ostendit phs qꝫ preter vnum principiũ materia
le sint duo contraria Solutio inductiue.quia q̄dam
antiqui ponũt densitatẽ et raritatẽ circa hoc principiũ.aliq̄ magnũ ⁊ par
uũ sicut Plato.In h̄ tñ differũt.qꝛ aliq̄ ponũt vnũ ex ꝑte materie.⁊ duo
ex ꝑte forme sicut phs.et ponẽtes vnũ principium mobile. Alij posue
rũt vnũ ex ꝑte forme.scꝫ ideã.et duo ex ꝑte materie.s.magnũ et paruũ.

Ar Cõtraria st̄ substãtie.ḡ tercia rõ falsa Probaẗ.qꝛ forma ẽ sub̃a
et materia ẽ sub̃a vt manifestũ ẽ ⁊ silr̃ ꝓuatio ḡ. Sõ forma nõ
est sub̃a supple a substãdo dcã.qꝛ nõ substat alteri ꝫ sit sub̃a a sub
stãtiãdo dcã ꝫ materia est sub̃a a sustãdo dcã eo qꝫ illa substat forme et
ꝓuatõi.qꝛ materia ẽ subiectũ vnicuiqꝫ primũ.vt postea dicetur

Qr Q̃ ꝓbat phus qꝫ nõ possunt esse plura ꝓncipia rerum natu
ralium q̄ꝫ tria Solutio duabꝫ ratõnibꝫ ¶ Prima est quia
duo principia sufficiunt ad agendum et vnum ad patiendum.er
go non possunt esse plura q̄ꝫ tria.ꝯsequentia probatur.quia frustra fieret

per plura quod potest fieri per pauciora ¶ Secũda ratio est. quia princi-pia rerũ naturaliũ debẽt esse prima contraria. vt dictum est supra. sz im-possibile est esse plures contrarietates primas. ergo impossibile est esse plura principia rerum naturalium ꝗ̃ tria.

Queritur Quõ phs ostendit ꝙ p̃cise sunt tria principia rerũ naturaliũ. Solutio sic. quia tot sunt principia rerũ naturalium. ex quot res naturalis dicitur fieri. et in quot ipsa dicit̃ resolui. sz res naturalis dicitur fieri ex tribus principiis. et etiam in illa resolui. ergo p̃cise sunt tria rerũ naturaliũ principia. Minor patet. qz in qualibet factiõe naturali necessario requirit̃ id qḋ substat factioni siue motui. ⁊ hoc est materia. Scḋo id q̊ fit. et hoc est forma. Tercio id ex quo fit. ⁊ hoc ẽ priuatio. q̃ inseparabiliter ꝯiũgit̃ materie existẽs origo trãsmutatõis. ⁊ ergo ex nõ denotat ibi circũstãtiam cause materialis. Et ꝙ ista tria necessario req̃runt̃ ostẽdit phs inductiue in oĩbꝫ mutatõibꝫ. Quia duplex est mutatio. vna est in substãtia et est illa ꝫm quã dicimus aliud fieri ex alio. Alia est in accidentibꝫ ꝫm quã dicimus fieri alterum ex altero

Queritur Quottupliciter põt significari vtraq̧ mutatio. Solutio dupliciter. scz vt simplex ⁊ vt composita. Ut simplex ꝫcat̃ dupliciter. primo qñ ꝫcat̃ tantũ subiectũ. scḋo qñ ꝫcatur priuatio siue alterũ cõtrarioꝝ. Ut cõposita significat̃ qñ significamus subiectum cũ priuatõne ꝑmixtũ. Exẽplũ de subiecto simplici q̊d fieri dr̃. vt hõ fit musicus. Priuatio vero simplex significat̃ cũ dicit̃ imusicus fit musicus. Priuationẽ vero cõpositã cũ subiecto significamus cũ dicimus hõ imusicus fit musicus Et sicut fit ista ꝫcatio ex parte subiecti. ita etiam ex parte p̃dicati. Quia dicimus ꝙ hõ fit musicus vel homo fit homo musicus sed nõ dicimus imusicũ fieri hoĩem vel hoĩem fieri hoĩem. Quia subiectũ mutatõnis nunq̧ est terminus mutatõnis

Queritur Utrũ est idẽ modus loquẽdi in simplicibꝫ ⁊ cõpositis Solutio phi nõ. quia in compositis vtimur vtroq̧ modo loquẽdi scz in ntõ casu et abltõ. qz dicimꝰ hoc fieri hoc. vel ex hoc fieri hoc. Exẽplũ primi. qz dicimus ꝙ hõ imusicus fit musicus. Exẽplũ secũdi. vt dicimus ꝙ ex hoĩe imusico fit musicus. Sed in simplicibꝫ vtimur altero modoꝝ loquẽdi tm̃ scz quo dicimus ex hoc fieri hoc. vel q̊ dicimus hoc fieri hoc. Et hoc sub tali differẽtia. qz qñ hoc simplex denotat subiectum vtimur modo loquẽdi in ntõ tm̃. sicut nos dicimus ꝙ hõ fit musicus. et nõ in ablatiuo ex hoĩe fit musicus. Quia subiectũ in toto motu manet ⁊ nõ abiicit̃. ideo nõ recipit adiitionẽ ꝑpositiõis. et sic dr̃ phus postea ꝙ materia ⁊ forma manent in re facta. Quãdo vero incõplexuz notat priuationẽ tũc vtimur modo loquendi in abltõ dicẽtes ex imusico fit musicũ et nõ imusicũ. Quia priuatio vt postea dicetur abiicit̃ in re facta permanet. et ergo significãdo vtimur ablatiuo. materia vero in re facta permanet. et ergo significãdo eam vtimur ntõ

Queritur Qḋ est correlariũ qḋ phs infert ex dictis. Solõ ꝙ materia et priuatio sunt duo distincta principia. Quia

materia in re facta pmanet. priuatio vero nō pmanet. ꝛ ꝓpter hoc diuersimo de fcantur. q2 cum homo fuit musicus hō pmanet idem in motu. imusicus vero nō pmanet. sed abijcitur quādo p motū doctrinatōis immusicum fit musicū. et istud verū est siue ꝑuatio significetur vt simplex siue vt composita cum subiecto. Qñ ꝑuatio est simplex dicimus qñqꝫ in noīatiuo immusicū fit musicū. tñ magis ꝓprie qđ abijcitur deberet significari cū ꝓpositiōe et q̄uis phus in istis faciat drñam singularem iuxta etiā ꝓprietatē istorum ꝑncipiorū in mō loquendi. in cōi tñ sermone vtit̄ indifferenter istis modis diuersis loquendi

Querit̄ Utrū potest saluari ꝙ sint duo ꝑncipia rerū naturaliū et ꝙ sint tria rerū naturaliū ꝑncipia. Solo sic. q2 sunt tria rerū naturaliū ꝑncipia in fieri. scꝫ materia forma ꝛ ꝑuatio. sed sunt tm̄ duo in facto esse. scꝫ materia ꝛ forma. ꝑuatio em̄ non manet in re facta. ꝛ ꝓpter hoc est tm̄ ꝑncipiū ꝛ nō cā. materia ꝟo ꝛ forma sunt ꝑncipia et cause

Arḡ. Dicit phus ꝙ oportet ꝑncipia semp manere. sed priuatio est rerum naturaliū ꝑncipium. ergo etiā manebit in re facta. ꝛ sic non potest saluari ꝙ sint duo ꝑncipia rerum naturaliū in facto esse. Solo. duplex est ꝑuatio. scꝫ respectu forme habite. ꝛ illa nō manet in re facta siue in facto esse. q2 talis fuit origo motus ad illā formā. sed habitibꝫ existentibꝫ in materia cessat motus. ꝛ per ꝯsequens etiā ꝑuatio. Alia est ꝑuatio forme habende. ꝛ illa manet. ꝛ sic ꝑuatio materie annexa nō est particularis q̄ abijcitur p acquisitiōem vnius particularis forme. sed est vl̄is

Querit̄ Q̄ūo se habet ꝑuatio ad materiā. Solo phi sic. q2 est vna numero cū materia. differens tñ ab ea specie ꝛ rōne. Qđ sic ꝓbat phs. q2 materia est pmanens in re facta. ꝑuatio aūt non est pmanens. sed adueniente forma ipsa abijcit̄. sicut pꝫ in exemplis supius adductis. q2 hō ꝛ immusicū sunt idem numero ꝛ subiecto. tñ alia est rō hoīs et imusici. ꝛ alia spēs siue forma p quā sumitur ratio vtriusqꝫ. q2 ergo non est eadem rō pmanentis ꝛ nō pmanentis. ꝛ materia pmanet. ꝑuatio ꝟo in facto esse abijcitur nō sunt eadem rōne.

Arḡ Quecūqꝫ sunt eadē numero sunt etiam eadē specie. sed priuatio ꝛ materia sunt eadē numero. ergo ipsa sunt eadē specie ꝛ rōne. Maior ꝓbat̄. q2 vnitas māalis ꝓsupponit vnitatē specificam. Solo. illa q̄ sunt eadem numero identitate essentiali sunt etiā eadem specie. sꝫ illa q̄ sunt eadē numero identitate accñtali. q̄lis idētitas est in ꝓposito nō sunt eadē spē

Arḡ Nō ens nō pt esse ꝑncipiū. sed ꝑuatio est nō ens. ergo nō pt eē ꝑncipiū differens a materia. Solo. ꝑuatio est bene nō ens gratia sui formalis. q2 sic noīat purā carentiā. sed tñ gratia sui materialis qđ est aptitudo ad formā est ens. nō tñ est principiū gratia materialis tm̄. neqꝫ gratia formalis tm̄. sed gratia vtriusqꝫ.

Querit̄ Q̄ūo ꝓbat phs ꝙ necesse sit aliqđ subijci in trāsmutatione naturali. Solo. dupl'r. ꝑmo ex parte factiōis. secūdo ex pte modi fiendi. Primo sic duplex est factio ꝫm ꝙ dupl'r ꝯtingit aliquid fieri. scꝫ essentialiter ꝛ accñtaliter. sed in vtraqꝫ necesse est aliqđ subijci

Minor ꝓbatur p̄mo de factione accidētali. qꝛ accn̄s non p̄t eſſe ſine ſubiecto. ergo multo minus poterit fieri ſine ſubiecto. De factōe eſſentiali patz etiā qꝛ videmus ꝙ vnū elementoꝝ fit ex alio. et animal ex aīali. ⁊ planta ex planta. Differētia tamē eſt inter iſtas factiones. qꝛ in mutationibꝫ accidentium ſubijcitur ſubiectū ſimplr̄ qđ eſt ens ꝯpletum exiſtens. iuxta ſentētiam auicenne accidenti occaſio exiſtēdi in eo. In mutatiōe vero ſubſtantiaruꝫ ſubijcitur ſubiectū quoddam. qꝛ materia que non eſt ens ꝯpletum in ſe ſed in potentia non ad accidens ſed ad ſubam ſiue formā ſubalem.

Queritur Quō phus oſtendit ex parte modoꝝ fiendi. Solō ſic. qꝛ quinqꝫ modis aliqua fiunt. Quedam fiunt transfiguratione. ſicut quādo ex infigurato fit figuratuꝫ. ⁊ hoc modo ex ere fit ſtatua alicuius idoli. Alia fiunt appoſitione ſiue additione partium. ſicut que augentur ꝑ extrinſecam appoſitōem. quō mons fit ex additione terre ſuper terram ꝑ diluuiū ſiue inundatōem aut alium cauſaꝫ. Quedam fiūt abſtractione quarūdam partium. ſicut figure inciſionis. vt quādo ex lapide ſculpitur forma mercurij vel iouis. Quedā fiunt ꝯpoſitione diuerſorum. ſicut domus fit ex lignis ⁊ lapidibꝫ. Quedā fiunt alteratione ſicut illa quorum ꝑ actionē qualitatū primarū ꝯuertūtur. ſicut ex ſemine fit caro ⁊ os. ⁊ ex luto fiūt lateres. In omnibꝫ aūt iſtis vt manifeſtuꝫ eſt aliquid ſubijcitur ⁊ eſt in eſſe ſubiecti. ergo p̄ter duo ꝯtraria eſt terciū ſubiectum

Queritur Quō phus oſtendit ꝙ materia ⁊ forma ſunt p̄ncipia per ſe rerum naturaliū. Solō ſic. illa ſunt p̄ncipia rerū naturaliū ꝑ ſe ex quibꝫ fiunt res naturales ꝑ ſe ⁊ nō ſm̄ accidens. ergo ⁊c̄. Maior ꝓbatur. qꝛ hoc eſt de rōne principij ꝙ ex eo ꝯſtituatur p̄ncipiatuꝫ. Minorem ꝓbat exemplo ⁊ rōne. Exemplo. quia muſicus homo cōponitur ex homine ⁊ muſico. ſicut ex materia ⁊ forma. Ratione ſic. Ex illis res cōponitur per que definitur. ſed res naturales definiūtur ꝑ materiaꝫ ⁊ formaꝫ ergo etiā ꝯponūtur ex materia ⁊ forma. Minor patebit ſcđo huius

Queritur Quō oſtenditur ꝙ priuatio p̄ter hec duo eſt p̄ncipiuꝫ per accn̄s Solutio ſic. quia ipſa nō principiat niſi in materia cui per accidens additur inq̄ztum non eſt p̄ncipium ꝯſtitutionis. ſꝫ ſolum tranſmutationis. et ſic ſunt duo principia vel tria. duo quidem diſtinguendo principia ſm̄ numerum ſiue ſubiectum eo ꝙ priuatio non diſtinguitur ſubiecto a materia. Tria vero ſm̄ ſpeciem ⁊ rationem principiandi. eo ꝙ materia eſt diſtincta ſpecie ⁊ ratione a p̄uatione ⁊ econtra

Queritur Utrū neceſſe eſt eſſe ſemꝑ duo ꝯtraria in mutatione Solutio non. quia quādoqꝫ vt dicit phus alterum p̄ncipiorum ſui p̄ſentia ⁊ abſentia natum eſt facere mutatōem. ⁊ hoc accipiendo contrarietatem proprie vt eſt inter duas formas poſitiuas. Si vero accipiatur cōtrarietas vt extendit ſe ad oppoſitionem priuationis ⁊ habitus tunc neceſſe eſt ſemꝑ eſſe duo contraria. quia hoc modo priuatio opponitur contrarie forme.

Primi libri physicorū
Quartus tractatus

Postq̄ phus in precedenti tractatu demōstrauit esse tria principia rerum naturalium. Hic ɔsequenter determinat de quolibet principio seorsum ꝛ ſm se. ꝛ primo de materia

Queritur Utrū materia sit ſm se cognoscibilis Solutio. nō sed est solum cognoscibilis ꝑ analogiam ad formā. Primum ꝓbatur. quia nihil cognoscitur nisi quod est actu. sed materia ꝑ se non est actu. neq̧ etiā est actus. quia est ens in pura potentia. ergo non est per se cognoscibilis. Secūdū ꝓbat phus tali rōne. sicut se habet materia artificialis ad formam artificialem. ita se habet materia naturalis ad formā naturalem. sed in artificialibꝰ materia cognoscitur ꝑ analogiam ad suam formam. ergo etiam sic erit in naturalibꝰ. Minor ꝓbatur. quia es vt materia habet se ad statuam ꝛ lignū ad lectū vel serram. ꝛ vt materia accepta cognoscūtur in ordine ad formas taliū rerum artificialium

Queritur Quotuplex est materia. Solō duplex. scilꝫ artificialis ꝛ naturalis. Artificialis est tota rei substātia. ꝛ est per se cognoscibilis absolute accepta. qꝛ est ens ɔpletū in natura. sed nō in rōne materie. qꝛ sic accipitur vt q̄ddam informe respectu taliū formarꝫ. ¶ Naturalis sicut materia terre ignis aque ꝛ aeris nō est tota rei substantia. sed solū ens simpliciter in potētia. qꝛ ad formā subalem

Ar Materia est ꝑ se ens. ergo est ꝑ se cognoscibilis. Probatur. qꝛ hꝫ entitatem distinctā ab entitate forme Solō. nō valet ɔña. qꝛ nō omne ens ꝑ se est cognoscibile ꝑ se. sed solum ens in actu. materia vero est ens tm̄ existens in potentia.

Ar Potest aliquid cognosci ꝛ apprehendi quod est priuatum omi forma. sed hoc ens est materia. ergo materia pt ꝑ se cognosci Solō augustini in libro suarū ɔfessionū. materia pt bene cognosci priuatiue ꝑ separationem formarū substantialiū. sed non pt cognosci positiue. sicut etiam tenebre non videntur positiue sed priuatiue

Ar Materia est ꝑ se definibilis. ergo est ꝑ se cognoscibilis Solō. materia nō est ꝑ se definibilis sine forma. ergo etiā nō est ꝑ se cognoscibilis. sed solū ꝑ analogiam ad formā. licet aliquo mō possit imperfecte notificari sine forma. vt dicendo materia est ens in pura potētia. tm̄ illa definitio nō est ɔpleta nisi intelligatur ad quid est in potentia.

Ar Materia est ꝑ se principiū rerū naturaliū. ergo est per se cognoscibilis. cū principia sint ꝑ se nota Solō. sicut materia est principiū ita etiā est cognoscibilis. sꝫ nō est principiū nisi potentiale ꝛ cū forma ɔcurrēs ad productionē rei naturalis. ergo etiā non cognoscitur nisi sub forma ꝛ sub analogia ad ipsam formam

Ar Materia est ꝑ se cognoscibilis ꝛ nō ꝑ analogiā ad formā. Probatur qꝛ Aresto. scdo posteriorꝫ docꝫ demōstrare ꝑ quatuor genera causarꝫ sed principia demōstrandi sunt principia cognoscēdi Solō. materia nō est principiū demonstrādi sine forma. nec est etiā principiū cognoscendi alterius nisi prius fuerit cognita ꝛ cognoscatur ꝑ analogiā ad formā

Reparationes

Querit Quis fuit ille error qui ꝓcessit ex ignorãtia materie. Solõ. phi. ꝓpter ignorantiã materie quidã antiquoꝝ negauerũt omẽ fieri rerũ naturaliũ sic arguentes. Omẽ qđ fit fit ex aliquo vel ex nihilo. Non ex nihilo. q2 ex nihilo nihil fit. neq3 ex aliquo. q2 tunc aliquid esset anteq3 fieret. et ꝑ ꝯsequens non esset possibile aliquid fieri vel generari in natura. Vnũ fundamentũ istius erroris fuit. quia ignorabant naturã materie. natura eñ materie nõ est qđ simplr̃ est ens. neq3 qđ est simplr̃ nõ ens sed est mediũ inter ens ⁊ non ens. q2 est ens in potentia. ꝓpter qđ dt̃ Auerrois ꝙ est mediũ inter duo ꝯtradictoria. Tunc ad argumentũ dicit̃ ad maiorem ꝙ omẽ qđ fit fit ex aliquo. q2 fit ꝑ se ex ente in potentia. et non fit ex nihilo. neq3 etiã ex ente in actu nisi ꝑ accidens. Ens eñ in potentia est partim ens ⁊ partim nõ ens

Querit Vtrũ materia exiuit in esse ab agẽte naturali vel a pri^a^ causa. Solõ alberti. a ꝓma causa. Rõ est. q2 omẽ agẽs naturale in sua ꝓductione aliquid ꝓsupponit. sed ante materiã nihil est. ergo agens naturale nõ potest ꝓducere materiam. Maior patz. quia ex nihilo nihil fit. Minor ꝓbat̃. quia si ante materiam aliquid esset hoc esset materia. ⁊ sic esset processus in infinitum. Secũdo sic. omẽ quod fit ab agẽte naturali hoc fit per motũ. sed in motu aliquid nccãrio subijcitur. ergo cũ materie non potest aliquid subijci. non potest materia ab agente naturali ꝓduci. sed solũ exiuit in esse a ꝓma causa ꝑ creationem

Ar Totũ ꝯpositũ ꝓducitur ab agente naturali. ergo etiã materia q̃ est pars ꝯpositi. Solõ. neganda est ꝯsequentia. ⁊ rõ est. q2 totũ cõpositũ nõ ꝓducitur ab agente naturali capiendo totum syncathegorematice. id est vt est signũ distributiuũ equiualens huic quelibet pars. Sed ꝓducit̃ ab agente naturali capiendo totũ cathegorematice. put idẽ est qđ ꝑfectũ. q2 sic actio creantis vel generãtis terminat̃ ad suppositũ vt dt̃ Gilbert⁹

Ar Totũ syncathegorematice acceptũ exiuit inesse a naturali agente ergo. De forma manifestũ est De materia vero ꝓbatur. q2 ipsa accipit esse post non esse. ergo est genita. Solõ. materia accipit esse post non esse sed nõ per generationẽ que necessario ꝓsupponit eã sed tm̃ ꝑ creationem

Ar Cõmentator dicit ꝙ materia in rei veritate generat̃. sed generatio est naturalis productio siue actio. ergo ab agente naturali ꝓducta est. Solõ. dictũ cõmentatoris sic debet intelligi. materia in rei veritate generatur. id est vere est subiectũ generationis.

Ar Ex illo sequeretur ꝙ omĩa essent eadem numero qđ falsũ est. Sequela ꝓbatur. q2 illa sunt eadem numero quorum materia est eadem. Solõ. illa sunt eadem numero quorum materia actuata per vnam formam est eadem. iam licet omniũ rerum naturaliũ generabiliũ ⁊ corruptibilium sit eadem materia vnitate sue subiectiue potentie. non tm̃ est actuata ꝑ eandem formã. sed ꝑ diuersas formas spẽ drñtes.

Ar Elementa sunt materia mixtoꝝ ⁊ coeũt in mixto ꝑ naturale agẽs et in virtute naturalis agentis scz celi. igit̃ Solõ. elementa non

sunt materia prima. et coeunt ad constitutionem mixti non vt contraria. sed vt alterata per primum miscens ea quod est celum cum astris sibi seruientibus.

Queritur Quis fuit error platonicorum de materia et priuatione. Solutio. platonici dixerunt materiam non esse distinctam a priuatione. Et ergo inciderunt in duplex inconueniens. Primum quia dixerunt ex nihilo aliquid fieri. Secundum. quia dixerunt materiam et priuationem identificari specie et ratione. quorum vtrumque falsum est. et ergo plato dicitur despexisse alterum principiorum. scilicet priuationem. quia dixit eam tantum esse carentiam.

Queritur Quot rationibus probat philosophus quod priuatio differt specie et ratione a materia. Solutio quinque. Prima est. materia est per se ens. quia est principium passiuum substans forme. priuatio autem per se est non ens. Quod priuatio sit per se non ens patet. quia cum dicitur es infiguratum. ibi es significat materiam que est ens. et infiguratum nominat priuationem que est non ens. et sic materia est per accidens non ens. quia es est infiguratum. Secunda ratio est. quia materia est prope substantiam et est pars ipsius compositi. priuatio autem non quia priuatio abiicitur a substantia rei. Tercia ratio est. quia materia est concausa eorum que fiunt. priuatio autem non. quia priuatio machinatur in maleficium rei et in destructionem forme. Quarta ratio est. quia materia appetit formam que est quoddam diuinum optimum et appetibile. priuatio autem non. sed tamen priuatio est id quo mediante materia formam appetit sicut turpe bonum. et sicut femina virum. quia priuatio materie se habet vt turpitudo. Et forma se habet tanquam pulcritudo materie. Quinta ratio est. quia priuatio est corruptibilis et aliquo modo generabilis. sed materia est ingenerabilis et incorruptibilis. licet enim materia generetur et corrumpatur secundum esse totius compositi. est tamen secundum substantiam simpliciter ingenerabilis et incorruptibilis Probatur. quia si materia generaretur tunc generaretur ex materia. vt dicit philosophus. et sic ante materiam esset materia. et per consequens sic esset processus in infinitum.

Queritur Qualis est iste appetitus in materia Solutio alberti magni. est intellectualis. quia est a natura. sed opus nature est opus intelligentie Commentator tamen dicit quod ille appetitus sit naturalis inquantum consequitur priuationem seu forme inchoationem

Arguitur. Forma est destructio materie. ergo materia non appetit formam Consequentia probatur. quia nihil appetit suam destructionem Antecedens probatur. quia materia secundum suam naturam est ens in pura potentia. sed per formam fit ens in actu. ergo videtur quod eius propria entitas destruatur per formam. Solutio. forma non perficit ipsam materiam quo ad substantiam suam. quia materia in sui substantia semper manet eque perfecta sub vtroque termino transmutationis. sed perficit materiam quo ad esse suum transmutabile quod habet per priuationem que reddit eam turpem. Et ergo non potest dici materiam destruere. quia in sua entitate nunquam a forma perfici potest

Arguitur Forma non appetit materiam. ergo nec materia debet appetere formam Consequentia patet per simile. Solutio. non est simile. quia forma est perfectio materie. sed materia non est perfectio forme.

¶ Queritur. quid est materia Solutio. materia est subiectum vniuscuiusque primum

ex quo fit aliquid cum insit per se et non ẜm accidens. et si quid corrumpitur in hoc abibit vltimum. vt hic dicit phus. Sed in secūdo physicorū dicit q materia ē ex quo cū alio aliqūid fit cū insit. Debz autem intelligi p̄ma definitio q materia est primum subiectum generationis et vltimꝰ terminus corruptionis. ex illo tamen non sequitur q resolutio fiat vsqz ad materiam primam. quia sicut sine forma corporeitatis non est subiectum generationis. ita non est etiaz sine ea terminus corruptionis. quia illa forma est coeua materie. vt dicit ꝯmentator.

Querit Quot sunt nomina materie. Solō Alberti in q̄daz disgressione. quedam sunt nomina quibus nominatur proprie. et quedam quibꝫ nominatur transsumptiue. Nomina ꝓpria sunt sex. scz hyle. subiectum. massa. materia. origo. elementum. Hyle dicitur ẜm Auicennam inquantum est receptibilis formarum in potentia. Subiectū ẜm q est in actu sustinens formam aut motū ad formā. Materia ẜm q omnia in eam resoluūtur sicut in alterum ꝯponentium. Massa ẜm q ipsa vna existens est per diuisionem formarū est in omnibꝫ substantijs ꝯpositis diuersificata. Origo inq̄ztum ab ipsa vt est imixta priuationi est motus sicut vasa figuli ex vna massa fingūtur diuersificata diuersis formis artificialibꝫ. Elementū dicit ẜm q est prima in ꝯpositione et vltima in resolutione. quia ipsa non resoluitur in aliquod aliud.

Querit Quot sunt nomina transsūptiue dicta de ea Solō Alberti. quatuor. Primo dicit silua. quia ipsa est prima et indeterminata in om̄e edificiū naturale ꝑ dispositiones dolabilis. et hoc vocauit Empedo. mixtum in quo germana capita sunt sine ceruice. eo q ea q̄ germana sunt non habent ibi dispositiones facientes ea germana. ex quo in fundamento nature quod ipsa est nulla est distinctio. Secundo dicit mater qꝛ ipsa recipit formā et quasi pariendo ex ipsa educit ad actum. et hoc inter noīa trāssumptiua sibi appropriatius ꝯuenit. qꝛ om̄es forme sunt in eo ī potentia. Femina dꝛ inq̄ztum est imꝑfecta ad formam habens tamen potentiam ad ipsam. qꝛ sicut femina ad partū indiget viro. sic etiā materia efficiēte ea mouente. Quarto dꝛ turpe. qꝛ turpe in se hz potentia habituali habituꝫ moris. qꝛ si sibi virtus esset oīno ꝯtra naturā et violenta nō plus assuescere posset ad morē q̄ȝ lapis ad hoc vt moueat sursum. si ꝓo esset ꝑfectū virtute nō egeret assuefactōe operū q̄ generant habitū. et ideo sicut turpe inatum est suscipe morē nō hn̄s esse nisi assuefactōe opeꝝ. ita materia innata ē suscipe formā ꝓpter ꝑuatōem imixtam sibi. nō hn̄s tn̄ eas nisi a generāte.

Querit Utrū physicus hz ꝯsiderare de forma Solō sic. inq̄ztum est vnū ꝑncipiū de tribꝫ ꝑncipijs rerū naturaliū. sed forma ẜm nobilissimū statū suū est metaphysice ꝯsideratiōis

Arg Determinare de forma spectat ad metaphysicū. ergo nō ad physicum Solō. plenaria et plena determinatio spectat ad metaphysicum. sed pro tanto spectat etiam ad physicum determinare qꝛ est actus materie et intrinsece ꝯcurrit ad ꝯstitutōem rei naturalis

¶ Querit quid est forma Solō. est quiddā diuinū optimū et appeti

bile. Hic definitur forma ſm q̃ eſt pncipium tranſmutationis

Ar Ille particule illius definitionis conueniũt deo. ergo hec definitio non eſt bene aſſignata Solo. q̃ ille particule accepte abſolute et extra omẽ genus cõueniunt deo. vt pbat argumentũ. ſed tamẽ expoſite in genere ↄueniũt forme. quia ſic forma eſt quid optimum. ſed optimũ in genere principiorum rerum naturalium eſt quid diuinum. propter proprietatem diuinam que eſt eſſe.

Queritur Quã differenter forma dicitur optimum diuinũ ⁊ appetibile Solo. dicitur diuinum ex parte mouentis da tis eſſe. Dicitur optimum. quia eſt finis tranſmutationis rerũ. Dicitur appetibile ex parte materie. q2 eſt eius pfectio

Queritur An forme ſm aliquod eſſe earum ſint inchoate in materia Solo ſic. quod patet autoritate ⁊ ratione. Autoritate venerabilis domini Alberti dicẽtis. q̃ forme ſunt inchoate in materia et hoc eſſe vocat formale formabile. Et dicit hoc eſſe aliquid forme ſubſtantie ipſius materie ſuperadditum per quod eſſe formale formabile ipſa materia eſt habilis ad plures formas. Ratione ſic primo patz. quia nihil educitur de aliquo niſi aliquo modo prefuerit in eo. ſed forme educũtur de potẽtia materie. ergo ſm aliquod eſſe earum fuerũt in materia. hoc autez eſſe eſt formale formabile. Scdo pbat ſic. in om̃i motu vel mutatõe optz aliqd intrinſece ⁊ formaliter pfici. ſz hoc qd intrinſece pficit nõ pt eſſe ſuba materie. ſcz potẽtia eius ſubiectiua. q2 illa ſemp eadem manet ſub diuerſis formis. g̃ erit aliqd pter materiã ipſi materie ſupadditũ ſcz potẽtia formalis materie que identice tranſit in actum. Et hoc vocat forme inchoatio. Tercio pbatur rõne ſic. ſi non eſſent forme ſm aliqd eſſe in materia inchoate tũc oẽs forme venirent de foris. qd cũ eſt ↄtra naturales phos

Ar Si forme eſſent ante generatõem in materia inchoate ſeqretur q̃ generatio nõ eſſet intrinſece ad formã ſubalem. ſz ſolũ ad quẽdam modũ. ſz hoc eſt falſum. g̃. Seqla pz. q2 eſſentia forme ponit añ generatiõez in materia Solo. generatio nõ eſt ad modum tm̃. ſed ad formã eſſentialem ſm eſſe ſpecificũ. non obſtante q̃ preſit habitualiter ⁊ originaliter in materia ſm rõnem genericam

Ar Indiuiſibile vbi eſt ibi totũ eſt. ſed forme ſubſtãtiales ſunt indiuiſibiles. ergo ſi preſunt in materia totaliter pſunt. ⁊ p ↄñs nihil acquirit p generationẽ eſſentie forme in materia. Solo. indiuiſibile vbi eſt ibi totum eſt. ſed nõ totaliter. ⁊ ſic tota forma peſt ⁊ tota acquirit. tota preeſt ſm eſſe genericũ. ⁊ tota acquiritur ſm eſſe ſpecificuz. Et dat Albertus in in libro de origine aĩe ſilẽ de pũcto q̃ nõ ẽ linea nec ps linee itegralis. ſz ẽ tñ tota ſuba linee. ſic etiã iſtud eẽ ĩchoatõis qd peſt ĩ materia añ generatõez ñ ẽ forma ſupple pfecta. nec eſt ps forme. ſed eſt tota eſſentia forme originalis

Ar Ex illo ſequeretur q̃ forme ſubſtantiales intenderentur et remitterentur. ſed hoc eſt inconueniens. ergo illud ex quo ſequitur. Sequela patet. quia dictum eſt q̃ preſunt ſm eſſe confuſum et habituale. ⁊ acquiruntur ſm eſſe perfectum ⁊ ſpecificum Solo. non eſt inconueniens

formas substanti:les potestatiue quodãmodo extendi de esse generico ad esse specificum. quoniam species dicitur exire potestatem ipsius generis p actum ipsius differentie. non tamen potest forma substantialis in specie cõpleta intendi z remitti. sicut forma accidẽtalis. albedo em̃ que est forma specifica intensius esse hz in vno subiecto q̃z in alio.

Ar Ante generatõem tũc priuatio dicitur esse in materia. sed priuatio dicit carentiam ipsius forme. ergo nihil forme potest ante generationem preesse in materia. Solo. priuatio non dicit carentiam quãcunqz ipsius forme in materia. sed solum dicit carentiam forme s̃m speciem. imo ad saluandam entitatem ipsius priuationis necessario est ponere inchoatõem formarum. quia nisi sic tunc esset forma carentia forme in materia sine quacũqz aptitudine. z hoc est destruere ipam p̃uatõem z platonizare

Ar Si forme ante generatõem essent in materia. vel ergo ibi essent distincte vel indistincte. non distincte. qz hoc esset anaxagorisare. qz sic quodlibet esset in quolibet. nec etiam indistincte. quia tunc essent confuse sed forme substantiales non possunt confundi nisi s̃m rationem. Solo. Forme sunt in materia nec distincte nec indistincte. sed distinguibiliter inquãtum scz ad generans pparatur materia quod educit formam sue speciei et non alterius speciei. sed in ordine ad materiam sunt confuse. quia in fundamento nature nulla est distinctio

Questio problematica. An materia physica antequã subijciatur motui prehabeat apud se habitum confusum omniũ formarum ex ea per motum educibilium

¶ De hoc altricantur discipuli doctoris magni z doctoris sancti. et quondam peripatetici et platonici. Dicebat enim plato q materia est coeterna datori formarum deo videlicet glorioso cui dator sola sua bonitate stimulatus imprimeret imagines cõformes suis rationib⁹ idealibus. sicut artifex in preiacentem materiam imp̃mit formas artificiales. ita q materia s̃m istum est velud matricula de se sterilis et ager omnino incultus qui per illapsum talium formarum impregnatur et ad partum per motum z transmutationem promouetur. E regione epicurij quorum caput fuit Anaxagoras dicunt q materia est vniuersorum primum et perfectissimum principium quod in se habet omnium formas quas subiectiue sustentat. sed velamento accidentium ipsam vestientium occultantur ne appareant preter eã que dat ei materie in hoc vel in illo nomen. Et dicit huiusmodi latentias elucescere per agentia naturalia remouentia ab ipsa materia talia accidentia occultantia z obumbrantia lucem talium formarum. ita q generatio nõ est aliud q̃z reuelatio forme substantialis int⁹ sepulte in caligine materie Et alteratio est reuelatio forme accidentalis similiter latitantis. In hoc ergo conueniunt due secte q materiam ponunt primo agenti coeternaz. Sed in hoc differũt q dicit prima q forme fluũt a solo agẽte z recipiũtur in materia nuda formis. Scd̃a p̃o d̃r eas latere in materia sicut in radice vñ pullulãt s̃m essentiã z existentiã z agentia nihil aliud facere q̃z alteratiua dispõne circa ipsam materiã accidentaliter p modum remouentiũ p̃hibens operari.

Secundi libri physicorū

Peripatetici vero quoꝝ archipꝛ fuit Arestoteles mediā viā tenētes di/xerunt materiā nec oīno esse nudā et sterilem sicut aiunt stoyci. nec proꝛsꝰ fecunditate formarū actuatā sicut ptendunt epicurei. sed phabere eas for/mas ꝑm potentiā. ꝛ ab agentibꝫ expectare illius potentie formatōis actus qui sermo ab oībus sectatoribus Arestotelis concorditer accipit. sed eius intelligentia adeo dispar inuenit ꝙ hi vident declinare ad opinionē stoicoꝝ Hi vero ad opinionē epicureoꝝ. Nobis em̄ iuxta viam ꝛ intellectū docto ris magni tales formas preesse in materia per essentias suas formales for/mabiles ponentibus imponitur error Anaxagore. sicut ꝛ sectatoribus do/ctoris sancti solam potentiam materie subiectiuā confitentibus error im/pingitur stoicoꝝ. Quis ergo hoꝝ intellectuū sanior sit ꝛ sententie Arestote lis conformior patebit diffuse in cōmentarijs sup hunc librū editis

Circa initiū secūdi libri

physicorum ¶ Querit pmo de quo determinat in se/cundo physicoꝝ Arestotelis. Solutio de natura et causis tam per se ꝙ per accidens. ex quibus res natura les dependent. Et diuidit in sex tractatus. In pmo de termiat de natura. In secūdo ostendit differentiā inter mathematicū et naturalem phm. In tercio determinat de causis per se rerū naturaliū. In quarto de causis per accidens. In quinto dicit quomodo cause sunt sibi in uicem cause. In sexto ꝙ natura agit ꝓpter finem.

Querit Quomodo inuestigat phs definitōnē nature. So/lutio per vnā diuisionem dicens entiū que fiunt alia fi/unt a natura. Alia vero ꝓpter alias causas. Entia que fiunt a natura sunt oīa aīalia ꝛ partes aīaliū ꝛ plāte cū partibꝫ suis et corpa simplicia sicut ter ra ignis aer ꝛ aqua. oīa em̄ hec dicimus a natura. Entia que fiunt ab alijs causis sūt apotelesmata siue opa artis sicut lectus indumētū ꝛ ꝗcūꝗ sunt alterius gn̄is a naturalibꝫ existētia ꝗ fiunt ab arte ꝛ voluntate. Quia nos per voluntatē nostrā facimus omnia talia.

Querit Quomodo differūt illa que sūt a natura ab his ꝗ sunt ab arte Solutio quia ea que sunt a natura habent in/tra se principiū sui motus et quietis Et hec dicūtur. Aut ꝑm locū sicut gra uia et leuia. Aut ꝑm augmentū ꝛ decrementū. Aut ꝑm alteratōnem. Aut ꝑm plures motus simul. Artificialia vero nō habent in seipis pncipiū mo/tus sicut sunt lectꝰ domꝰ ꝗ noīe suo in ꝗdā alio genere pdicamēti ponūtur ꝙ sunt ex noīe materie ꝛ forme naturalis que ē in ipis. Quia lectꝰ ē in gn̄e figure cuiusdā et domꝰ similiter alia que fiunt arte incisionis ꝛ edificatiue Nullum em̄ talium ꝑm nomen suū habet aliquē modū motus sibi innatū Quia lectus non mouetur deorsum neꝗ quiescit deorsum inꝗtum est le/ctus sed inꝗtum accidit ei esse lignum qđ descendit ꝛ etiam deorsum quie scit rōne terre que in eo dn̄atur.

Reparationes

Ar Naturalia non habent intra se ṗncipiũ sui motus. igit distinctio nõ est bona. Probat qꝛ dicit phs octauo physicoꝝ. ꝙ naturalia mouent a generante. sed generans non est intrinsecũ. quia est ṗncipiũ effectiuũ vt manifestũ est. ergo non habent intra se ṗncipiũ sui motus. Solutio lꝫ naturalia nõ hñt intra se ṗncipiũ sui motus effectiuũ. vt ꝓbat argumentũ habent tñ intra se principiũ passiuũ ⁊ formaliter inclinatiuũ. ⁊ hoc principium dicit natura vt diffusius patebit in octauo physicoꝝ.

Ar Naturalia habent intra se ṗncipiũ effectiuũ sui motus. Probatur de aiatis. Quia aiata hñt intra se ṗncipiũ sui motus effectiuũ ⁊ tñ aiata sunt naturalia ex quo aia est natura Solutio aiata nõ sunt naturalia a natura ꝓprie dicta de qua est hic sermo. sed ipa solũ sunt naturalia a natura cõiter dicta que mouet mediantibꝫ qualitatibꝫ corpis. Quia aĩa non mouet membra corpis nisi prius laxet calor in neruis et musculis motiuis Et silr est de aliꝭs qualitatibus corpis que exigunt ad hoc ꝙ corpꝰ ab aia moueatur.

Queritur Utrũ quedã naturaliũ pñt habere motũ ꝗ nõ ẽ a natura Solutõ Alberti sic. Et talis ẽ duplex. Quia vel ẽ vniformis vel non. Si nõ est vniformis ⁊ a principio intrinseco tunc vel erit ab aia sensibili mouẽte vel a volũtate sube rõnalis ⁊ intellectualis. sicut sũt motus ꝓgressiui ꝓcessiui multiformes in aialibꝫ. ⁊ ad diuersas dĩas positõnis ante retro sursũ deorsũ ad dextrũ ⁊ sinistrũ. Et tales sũt motꝰ alteratõnis in desiderijs tristicijs ⁊ gaudijs ⁊ delectatõibꝫ aliquãdo.

Queritur Quõ diuersificat istud ṗncipiũ diuersi motꝰ in aĩalibꝫ que mouent diuerso motu Solutio Alberti est genere duplex. Quia vel ẽ liberũ in agendo vel ẽ a natura quasi exactũ ⁊ actum liberũ est qd est cã sue actõnis ⁊ potest agere vel actionẽ suã suspendere. Et tale ṗncipiũ agens ẽ volũtas sube rõnalis. Exactũ aũt a natura est qd i se nõ habet aliquid luminis intelligentie qd ipm fieret quo minꝰ explicat nature motus sicut desideria ⁊ motus brutorũ. Quia bruta non auertuntur a motibus suis nisi coacta timore verberũ.

Queritur Quotuplex est motus vniformis Solutõ Alberti duplex. Quia vel ẽ vnicus ⁊ cõtinuus vl nec vnicꝰ nec continuus illius ṗncipij. Si est vnicus ⁊ cõtinuus tunc est motus ipsius intelligentie mouẽtis tali motu celũ qui motus est vnicus ⁊ nõ interruptꝰ quia est motꝰ sapientis qui motu vniformi ⁊ ꝑpetuo consequit similitudinẽ sue cause ṗme in causãdo ⁊ ꝗ motꝰ celi nõ dicit motus nature sed intelligentie. Quia si esset motus nature tũc celũ in loco suo nõ moueret eo ꝙ nullũ corporũ naturaliũ in suo loco mouet. sed solum cum est extra ipsum. Si vero motus est vniformis sed non vnicus vel perpetuus tunc est ab aĩa Et hoc dupliciter. Quia vel est cum cognitõne vel sine cognitõne. Si est cum cognitõne tunc est sicut motus aĩaliũ ordinatus ad generatõem. Qꝛ in illo mouet et vegitabilis ⁊ sensibilis. Et ideo omnia aialia eadem specie eodem modo coeunt eodẽ mõ faciũt suas casas qd nõ essent si operarẽtur

intellectu practico sicut homines.

Ar Anima sensibilis mouetur imaginatis. igitur videtur ꝙ bruta eã habentia nõ debent operari eodẽ modo Solutio Alberti licet aïa sensibilis a visis ꝛ imaginatis moueatur tamẽ in naturalibus vno modo mouetur sicut in fame siti generatõne ꝛ oïbus ordinatis ad illa. Quia quodlibet illoꝝ operũ et sensibili ꝛ vegitabili pficitur vel si pficitur sola sensibili tũc primũ mouẽs est vegitabilis. Et rõ vna hyrundo sicut alia facit nidũ Quia si imaginatio moueat ad facere nidũ. nõ tamen mouet fm diuersitatem specierũ imaginatarũ sed ex vna imagine quã natura ingerit que ẽ aptitudo loci ad fouendũ oua. ꝛ conseruandũ. Et ista etiã est cã ꝙ vnus esurit sicut alius. Quia ꝛ si cum sensu sit esuries tñ cibi attractiua est vegitabilis.

Queritur Utrum principiũ motiuũ in omnibꝫ vniformibꝫ sit equaliter vniforme. Solutio non sed tanto vniformius vt dicit Albertus quanto est plus elongatum a cognitõne vnde quãdo principium motus est sine cognitõne tunc est omnino vniforme ꝛ non cognoscitur esse ab anima nisi quia non est vnicum sed agit multiplicitur sicut aïa vegitabilis nutrit auget generat ꝛ omnia hec facit multiplici opere licet omnia operetur de necessitate sed non continue nature autẽ motus est vnicus ꝛ ex necessitate ꝛ sine cognitione sicut igni naturale ẽ calefacere quia calefacit siue velit siue nolit supposito suo esse naturali

Ar Artificialia habent etiã intra se principium sui motus. ergo probatur. quia statua est ens naturale ꝛ tamẽ habet intra se pncipium motus deorsum Solutio artificialia vt artificialia sunt nõ habent pncipiũ intrĩsecum sui motus vt dictum est. Quia nõ rõne forme artis sed tamen artificialia considerata rõne suarum materiarum que sunt entia naturalia habent intra se principium sui motus. ꝛ hoc est manifestum. quia statua non cadit deorsum inquantum statua. sed inquantum grauis est.

Ar Artificialia inquantum hmõi habent intra se principium sui motus. Probatur de horologio quod mouetur a principio intraneo. Solutio. horologium bene habet principium intraneum sui motus quod est per artem in eo factum. sed nõ habet principium intrinsecum sui motus inquantum est artificiale.

Queritur Quomodo definitur natura. Solutio Est principiũ aliquod ꝛ causa mouendi ꝛ quiescendi eius in quo est primũ per se. ꝛ non fm accidens. Dicitur autem in illa definitõne. non fm accidens ad excludendum artem. quia licet ars sit principiũ mouendi eius in quo est. hoc non est per se. sed per accidens. Quod sic patet. quia medicus qui habet intra se artem medicine sanat seipsum. sed hoc est per accidens quia accidit medico ꝙ sanet seipsum. ꝛ hoc manifestum est. quia ista possũt ab inuicem separi scꝫ ars medicine ꝛ sanitatis. potest enim aliquis sanari quod et in pluribus accidit qui non est medicus.

Ar Definitio nature est superflua. Probat᷑. q2 in ea ponunt᷑ p̈ncipium et causa que tamē vident᷑ idem significare Solutio p̈ncipium ꝛ causa non significant idem. sed referunt᷑ ad diuersa. Et dr̄ p̈ncipiū propter priuationem. que non est causa sed tm̄ principiū. Et dicit᷑ causa ꝑpter materiam ꝛ formam. que nedū sunt principia. sed etiam cause. Et sic causa aliquid superaddit principio sc3 influxum in effectum qd̄ non requirit᷑ ad rōnem principij. priuatio em̄ est principium. nihil tamen influit i p̈ncipiatum. ex quo in re facta abijcitur.

Ar Male dicit᷑ in definitione mouendi ꝛ quiescendi. Probat᷑ q̈a celum est res naturalis ꝛ tamen non habet intra se principiū quiescēdi. sed mouendi tm̄ Solutio hic definit᷑ natura particularis. Jam celum non est naturale a natura particulari. sed a natura vniuersali. Et si. et in definitione exponitur disiunctiue tunc idem est dicere est principiū mouendi ꝛ quiescendi id est vel quiescendi. ꝛ tunc definitio conuenit celo. Sed si. et exponatur copulatiue tunc dicit᷑ ꝙ hic definit᷑ natura particularis particulariter prout dictum est.

Ar Motus ꝛ quies sunt opposita. ergo non potest natura esse principium mouendi ꝛ quiescendi. Añs ꝓbat᷑ per phm in q̈nto physicorū Solutio mot⁹ ꝛ quies siue stat⁹ quoꝝ natura ē principiū nō sunt opposita. Quia quies cui⁹ natura est principium ē illa que est in termino motus ꝛ illi non opponitur motus quia motus est cum ea eiusdē eēntie.

Ar Absolutum non debet definiri per respectiuū. sed natura est quid absolutum. ꝛ principium ꝛ causa sunt entia respectiua g̊. Minor ꝓbat᷑ quia natura est materia vel forma que sunt absoluta Solutio natura potest dupliciter consederari. Uno mō materialiter pro eo ꝙ est. ꝛ sic est materia forma priuatio. ꝛ sic est quid absolutū. Alio modo formaliter ꝛ sic respectū quendā dicit. ꝛ non est inconueniens aliquod de genere substātie per aliquod respectiuū describi inq̈ntū sc3 ipm aliquo mō respectū dicit

Querit᷑ Que est differentia inter habens naturam ꝛ conseq̄ns naturam. Solutio phi habens naturam vocatur totum compositum in quo sunt principia nature. Consequens naturam dicitur aliqua ꝓprietas consequens totum compositum gratia principiorum naturalium. vt grauitas est ꝓprietas consequens naturam terre, et leuitas est ꝓprietas consequens naturam ignis.

Querit᷑ Utrū ridiculū sit tentare demonstrare naturam esse. Solutio sic ꝛ rō est. quia naturā esse est manifestum ergo esset ridiculum eam demonstrare. Añs patet ex rebus naturalibus quas sensu apprehendim⁹. statim em̄ certi sum⁹ naturam esse. Cōseq̄ntia pat3. quia ridiculū est demonstrare notum per ignotum. sed natura est nobis notior in physicis q̈3 aliqd̄ aliud per qd̄ possit demonstrari. ergo eā demonstrare esse est ridiculum. Et dicit phus ꝙ qui velit demonstrare naturam esse est similis ceco syllogizanti de coloribus.

☞ Arguit᷑. Questio quid est p̄supponit questionem si est scd̄o posterior. ergo phus prius inuestigasset si est natura q̈3 definisset eam ꝛ sic non fuisset

ridiculum tentare eam debere esse Solutio verū ē questio quid est p̄supponit questionē si est. vbi q̄stio si est non est nobis nota. iam dictuȝ est ꝙ est nobis notū ꝙ natura sit. imo vt dictū est exprimitur naturā esse: qꝛ motus est essentialis actus nature in quo actu p̄mo natura manifestat᷑

Queritur Utrū motus aīalis etiā sit naturalis Sol'o. motus aīalis est bene naturalis a natura cōiter dicta. sed non a natura ꝓprie dicta. nisi passiue aliquo mō inꝓꝑtum scȝ est ɓm naturā elementi p̄dominātis. sicut qn̄ aīal cadit deorsum tūc mouet᷑ ɓm naturam terre dominātis in eo. al's mouet᷑ aīal ɓm ꝙ hmōi ad oēm dr̄iam positiōis.

Queritur Utrū motus celi sit naturalis. Sol'o. motus celi est naturalis. sed nō a natura ꝓprie dicta siue particulari. Et ꝙ sit naturalis pȝ. qꝛ cōuenit ei ꝑ naturā suā. ꝛ licet fiat a p̄ncipio extrinseco. scȝ ab intelligentia. ip̄m tn̄ celum habet intra se naturalē aptitudinē ꝛ inclinationem ad talē motū. Albertus tn̄ dicit ꝙ nō est naturalis sed intellectualis. sed tūc accipit naturā ꝓprie, ꝓ ea que nō mouet rem in suo ꝓprio loco.

Queritur Quō diuidit᷑ natura Sol'o in materiā formā ꝛ priuationē. Et est ista diuisio analogi in sua analogata. qꝛ ꝑ p̄us dr̄ natura de forma ꝛ ꝑ posterius de alijs. vt inquit Albertus

Queritur Quō ꝓbat phus ꝙ materia sit natura. Sol'o ꝓbat hoc autoritate ꝛ rōne. Autoritate omniū antiquoꝝ. qꝛ antiqui nō solum dixerūt materiā esse naturā. sed pfectissimā naturā. qꝛ dixerūt materiā esse totā rei substantiā. et ex parua parte tetigerūt formam qꝛ dixerūt formā esse habitū. dispositiōeȝ. vel passionē. Rōne sic. illud est natura qd̄ intrāsmutabile manens hȝ p̄ncipiū generandi sibi simile. sed materia est hmōi. ergo materia est natura. Minoꝛ pȝ autoritate antiphontis q̄ dixit materiā esse p̄ncipalē naturā. ex eo qꝛ in se hȝ p̄ncipium generandi sibi simile. Qd̄ probauit a signo. qꝛ si lectus plantetur in terra ꝛ putrescens in terra accipiat potentiā naturalē germinādi. erit id qd̄ ꝓducit᷑ lignū ꝛ nō lectus. g̃ lignū est natura lecti ꝛ nō lectitas q̄ est forma eius.

Queritur Quō ꝓbat phs ꝙ forma sit natura Sol'o sic. qꝛ illd̄ est natura a quo res naturalis accipit denoīatiōeȝ. sȝ res naturalis accipit a forma denoīatōem. g̃ forma est natura

Arguitur Forma nō est natura. Probat᷑. qꝛ aīa ē forma. ꝛ tn̄ nō est natura Sol'o. licȝ aīa nō sit natura ꝓprie dicta. ē tn̄ natura cōiter dicta. Etiā nō est quelibet forma natura. sȝ forma q̄ est in materia q̄ dr̄ naturalis

Queritur Quō ꝓbat phs ꝙ forma sit p̄ncipalioꝛ natura q̄ꝫ materia. Sol'o tribꝫ rōnibꝫ. Prima. illud est p̄ncipalius natura ꝑ qd̄ res naturalis dr̄ esse in actu q̄ꝫ illud ꝑ qd̄ res naturalis dr̄ esse in potentia. sed forma est ꝑ quā res naturalis est in actu. ergo est p̄ncipalioꝛ natura. Minorē ꝓbat a simili in artificialibꝫ. lectulus dr̄ actu lectulus per formā. Secūda rō est. illud est p̄ncipalius natura qd̄ est p̄ncipiū generandi vel germinādi sibi simile. sed forma est hmōi. g̃ forma est p̄ncipalioꝛ natura. Tercia rō est. qꝛ illud est p̄ncipalius natura ꝓpter qd̄ generatio dicit᷑

natura. sed p formā generatio dr natura. ergo forma est pncipalior natura. Minor pz. qr generatio dr natura. qr est via in formā q est natura

Queritur Quō pbat phus q puatio sit natura. Solō. qr forma est natura. ergo puatio est natura. Probatur. quia puatio est quodāmodo species z forma. si ergo forma est natura priuatio erit etiam natura.

Queritur Quō hoc debet intelligi q puatio est quodāmodo species z forma Solō Alberti. puatio est quodāmō species z forma ppter habitualem aptitudinē quā relinquit z supponit in subiecto. et sic est quodāmodo natura. z istud intelligit in generatiōe simplicit. In generatione vero fm qd puatio dr quodāmodo forma. qr alterū ptrariorū est ibi puatio alterius. sicut nigredo est puatio albedinis. z frigiditas caliditatis. In generatiōe pō simplr qñ generatur illud quod est materiale ex formali sicut terra ex igne vel aere. aliqñ est ecōtra. z illud qd est plus materiale est etiā plus puationi pmixtum.

Secundus tractatus

Ostēso determinatū est in pori tractatu quid sit natura z quot modis dicat. z que sit pncipalior natura. Hic videndū est quō naturalis phus vel physicus differat a mathematico in suis psiderationib.

Queritur Quō pbat phus q mathematica z physica non sunt distincte scientie. Solō. trib rōnib. Prima rō est. sciētie que psiderant vnā z eandē rem non vident esse distincte. sed physica z mathematica sunt hmōi. ergo non sunt distincte. Minor pbat. qr mathematica psiderat in scia que appellat geometria supficies planas z soliditates formas z longitudines z pūcta. z oīa ista hñt corpa physica. g nō sūt distincte scie. ¶ Secūda rō. Astrologia que est pars physice scie psiderans lunā z solē etiā psiderat qtitatem ipsoz. sed qtitas est mathematice psiderationis g mathematica z physica nō distinguuntur ¶ Tercia rō sumit ex testimonio antiquoz. qr antiqui de natura loquētes loquūtur de figura solis z lune. z vtrū terra sit spherica. z vtrū mūdus sit sphericus vel nō. z de silib. z de oīb istis loquit etiā astrologia. sicut pz in pmo almagesti ptholomei. igit physica z astrologia puenire vident in omnib. igit mathematica et physica non sunt distincte scientie.

Queritur Quō phus soluit istas rōnes Solō sic. licet mathematicus z physic psiderent eandem rem. nō tñ eodem mō. z hoc sufficit ad distinctiōem sciaz. Nam physicus psiderat ista scz lineam supficiem z solidū sine corpus z cīs nō absolute. sed vt piūcta sunt materie sensibili. Sed mathematic illa eadē psiderat fm q abstracta sunt a materia sensibili. nec est inconueniens abstrahere a materia sensibili p intellectū qr abstrahentiū nō est mendatiū. scz in pma opatōe intellectus. sed bñ in secūda opatōe intellectus. Abstrahere aūt in pma opatōe intellectus est cōsiderare vnū sine altero in qtum in essentia sua est ab eo distinctuz. Sed in

secūda opatiōe intellectus est ɔsiderare vnū cū altero. ꝫ ḡ is ꝗ diceret lineā supficiē vel corp⁹ esse sine sensibili materia in rerū natura. ille mentiret

Ar Ille intellectus est falsus qui intelligit rē aliter ꝗ̄ est sed qui intelligit q̄titatē vt nō ɔiūgitur materie sensibili intelligit eā aliter ꝗ̄ est. ḡ ille intellectus est falsus Sol'o. ille intellectus est falsus q̄ intelligit rem aliter ꝗ̄ est intelligibilis. sed ille intellectus non est semper falsus q̄ intelligit rem aliter ꝗ̄ est ſm esse existentie sue

Ar Physicus nō definit p materiā sensibilem. ḡ. Probat. qꝛ materia nō est pars q̄dditatis. Sol'o. licet materia nō est pars q̄dditatis ſm potentiā eius subiectiuā. est tn̄ ps q̄dditatis ſm potētiā ei⁹ formalē. ¶ Contra. materia ſm potētiā eius subiectiuā est ps q̄dditatis. ḡ. Probat. qꝛ materia ingredit definitōeꝫ in physica Sol'o. materia bñ ingredit definitionem inquantum est terminus quidditatis. sed non inquantum est pars q̄dditatis.

Ar Materia est impedimentū cognitōis. ḡ nō dꝫ res physicalis definiri p materiā Sol'o. materia ſm se put est impedimentū cognitiōis nō ingredit definitōem. sed ſm ꝙ hꝫ anālogiā ad ipām formaꝫ. Et nota ꝙ physica non est de hac vel illa materia sensibili in particulari. sed in ɔmuni. et illa ingredit definitōem. ꝫ hoc ſm potentiā eius formalē inq̄tuꝫ videlꝫ ꝓportōem habet ad actum siue formam.

Querit Quis fuit error platonis Sol'o. error eius circa hoc fuit. qꝛ pūtabat ꝙ illa q̄ abstrahūtur ſm rōnem essent etiam abstracta ſm rem Et fundamētū erroris eius fuit. qꝛ putabat sicut pñtes res separatim intelligi ꝙ ita possent sepatim subsistere. sꝫ hoc est falsum

Querit Quō probat phs ꝙ physicus ꝫ mathematicus in suis considerationibus vere differūt. Sol'o dupliciter. scꝫ ex parte modi definiendi. et ex parte modi ɔsiderandi. Ex pte modi definiendi sic. quia physicus definit per materiam sensibilem. sed mathematicus abstrahit a materia sensibili solum considerans formam. et sic definitio physici est sicut definitio symi. ꝫ definitio mathematici est sicut definitio curui. Unde symum non dicit solam formam sicut curuum. sed formam existentem in materia sensibili scꝫ naso. Ex parte modi considerandi seu sciendi sic. quia scientie physice habent alium modum sciendi ꝗ̄ mathematice. ergo sunt distincte. Antecedens patꝫ de scientijs medijs que sunt plus physice ꝗ̄ mathematice. Et differunt in modo cōsiderandi a mathematicis. ḡ etiā scientie vere physice differūt simplr̄ a mathematicis.

Querit Que sunt iste scientie medie Sol'o. sunt scientie subalternate que sunt inter mathematicam ꝫ physicaꝫ. sicut sunt musica perspectiua et astronomia Et dicūtur ideo scientie medie. quia partim sunt physice. et partim mathematice. considerant enim quid mathematicum ad materiam sensibilem contractum. sicut musicus ɔsiderat numerū ɔtractum ad sonum. et pspectiua ɔsiderat lineā vel magnitudinē ſm ꝙ visualis est. et astronomia magnitudinem motam.

Queritur Quot cōditiones requirūtur ad veraȝ subalternatōem. Sol'o. tres. Prima est q̄ subiectū scientie subalternate sit sub subiecto scientie subalternantis. Secūda est q̄ subiectū sciētie subalternantis ꝯtrahatur aliqua differentia extrinseca siue accidentali. Tercia rō est. q̄ hoc ꝯtrahens in scia subalternata ꝯsideraṫ ꝑm cōditōeȝ ꝯtracti.

Queritur Utrum simpl'r loquendo iste scientie medie sint plus physice q̄ȝ mathematice dicende Sol'o dñi Alb. simpliciter loquendo sunt plus mathematice. Thomiste dicūt ꝯtrariū. Et rō est. q̄ȝ si iste scīe medie essent p̄ncipaliter physice tunc non essent inter artes liberales ꝯputande. q̄ȝ nulla scientia physica ꝯputatur inter artes liberales Preterea licȝ subiectū ꝯtrahatur ꝑ differentiam physicam. nō tamen sunt ex eo magis dicende physice. quia illa differentia ꝯtrahens non ꝯsideratur in eis nisi ꝑm rōnem ꝯtracti. sicut exempligratia musicus nō ꝯsiderat sonū vt sonus est. sed ꝯsiderat sonū vt ꝯsequitur legem numeri. vt patet ex conditionibꝫ iam positis

Ar Sunt simpliciter plus dicende physice. ergo. Añs patȝ ꝑ p̄hm in textu hoc dicentem. Sol'o. argumentū probat bene q̄ sunt plus physice ex parte subiecti aliquo modo. sicut etiam p̄hus vult in textu. sȝ tamen simpliciter quo ad principia scȝ passiones et modum doctrinandi sunt magis mathematice

Queritur Quot rōnibꝫ probat p̄hus q̄ physicus habet ꝯsiderare vtranq̄ȝ naturam Sol'o duabꝫ. Prima est. q̄ȝ physicus ꝯsiderat naturam. sed natura dr̄ de materia ⁊ forma. ergo physic⁹ habet considerare vtrāq̄ȝ naturam. scȝ materiā ⁊ formam. Secūda est. q̄ȝ ꝯsideratio physici est sicut cōsideratio symi. sed symū nedum dicit formā sed etiam materiam. dicit em̄ curuitatem existentem in materia nasi. ergo etiam physicus hȝ ꝯsiderare vtrāq̄ȝ naturā

Queritur Quot rōnibꝫ ꝓbat p̄hus q̄ physicus habȝ cōsiderare vtrāq̄ȝ naturam ꝑm eandē scientiā. Sol'o tribꝫ. Prima est. q̄ȝ ars imitatur naturā inq̄ȝtum potest. sed eadem ars ꝯsiderās formam etiam habet ꝯsiderare materiā ergo etiā naturalis p̄hus cōsiderans formā ꝑm eandem scientiā ꝯsiderabit materiā. Minor ꝓbatur q̄ȝ medic⁹ ꝯsiderans sanitatem etiā habet ꝯsiderare choleram phlegma ⁊ humores in corpore naturali in quibꝫ est sanitas. Secūda rō est. eiusdem scientie est ꝯsiderare finem ⁊ ea que sunt ad finem. sed forma est finis materie. ergo eadem scientia ꝯsiderans formā etiā ꝯsiderabit materiā. Maior est nota. q̄ȝ ex fine sumitur rō mediorū que in finem ordinanṫ. Minor pȝ. q̄ȝ forma est vltimū ⁊ optimū vnius ꝯtinui motus existentis. Dicitur aūt ꝯtinui motus ⁊ vnius. quia si nō esset motus vnus tūc vltimū non necār̄io esset finis quia vltimū qd̄ incidit ex necessitate ⁊ corruptōne materie ⁊ mobilis aliqñ nō est finis mouentis neq̄ȝ motus. Sicut mors est vltimū viuentis qd̄ incidit ex malicia ꝯplexionis eius qd̄ moueṫ p̄ter intentōem motoris. ⁊ ergo mors nō est finis ꝑpt̄ quē fit q̄cq̄d fit. ⁊ ergo Homerus derisit quendā qui dixit se finem suū habiturum ꝑ mortem. quia finis factionis ⁊ generationis

est forma ꝛ mors incidit preter intentõnem.

Ar Forma ꝛ finis sunt distincte cause. ergo forma nõ potest dici finis. Solutio licet forma ꝛ finis distinguant̄ in rõne causandi et formaliter. tñ materialiter accepta in vnū numero coincidunt. Etiā forma est finis materie nõ qualiscunq₃ sed finis quo. nõ aūt gratia cui.

Querit̄ Quõ ꝓbat phs idem ꝑ similitudinē in artib₃. Solutio sic. Sicut se habet vsus rei artificialis ad formam artis. ita forma ad materiā. sed vsus forme est finis forme. ergo forma ē finis materie. Minor ꝓbat̄ in artib₃ que sunt triplices. quedā que disponūt materiā. ꝛ ille sunt minus ꝑncipales. Alie sunt artes que introducūt formam ī materiā ꝛ in istas artes ordinant̄ prime sicut in finem. Tercia ars est vsualis que vtitur re facta ꝛ illa est finis secūde artis. Huiꝰ est exemplum. Quedā em̄ est ars que aptat ligna vt nauis fiat ex eis. Scd̄o est ars que facit nauē ex lignis. Et tercio est ars vsualis vt ars nauigandi q̄ vtit̄ naui iam facta. ꝛ ista est finalis respectu aliaꝝ. quia vsus est finis. qꝛ ideo disponit̄ materia vt introducat̄ forma. ꝛ sic vsus se habet ad formā introductā sicut forma ad materiā. Et sic dicit phs ꝙ nos sumꝰ quodāmõ finis oīm artificialiū. quia oīa artificialia fiunt ꝓpter nos.

Querit̄ Quotuplex est finis. Solutio duplex. sc₃ finis quo et finis gratia cuiꝰ. Jam dicit̄ ꝙ nos sumꝰ quodāmõ finis oīm artificialiū loquēdo de fine gratia cuiꝰ. ꝛ nõ loquēdo de fine quo Et rõ est. qꝛ artificialia ordinant̄ ad supplendā homīs necessitatem. quodāmodo vel ad cõgruentiā. Tercia rõ ꝙ physicus h₃ cõsiderare vtrāq₃ naturā est ista. qꝛ ea que sunt ad aliq̄d sunt cõsideratõnis vniꝰ scie. sed materia est ad aliquid sc₃ ad formā ergo spectant ad cõsideratõnem vnius et eiusdem scientie.

Querit̄ Quousq₃ ꝓtendit̄ ꝯsideratio phi de forma Solutõ physicus non considerat formam quācunq₃. sed solū ꝓut ꝓportionat̄ materie ꝑ motū. ꝛ sic nõ ꝯsiderat physicus sub̄as sep̄atas vt astra nisi inq̄tū aliquo modo cõcurrūt ad motū. Q₃ aūt cõcurrūt ad motum patet ex eo. qꝛ sol ꝛ homo generant hoīem. Et sic cõcludit phs ꝙ terminus cõsiderationis naturalis phi e ãīa rõnalis qꝛ ē vltima forma. Q₃ aūt aīa a physico cõsiderat̄. patet qꝛ oīs forma existens in materia est considerationis physice. sed sic est de anima ꝑ.

Tercius tractatꝰ de causis

Ostēsõ oñdit p. de q̄b₃ ꝯsiderat naturalis phs. ꝛ ad q̄d termīatur eiꝰ ꝯsideratio. nūc ꝯñter vult ꝯsiderare de causis Et duo facit. nā ꝑmo determīat de ipis causis. Scd̄o oñdit ꝙ ipa sunt media demonstrandi in ista scientia ibi Q.m̄ aūt cause quattuor sunt.

¶ Querit̄ Vtr̄ physicꝰ habeat ꝯsiderare q̄ttuor causas Sol̄o sic. qꝛ tūc cognoscimꝰ rem cū causas eius cognoscimꝰ. sed res naturales dependēt

ex q̄ttuoꝛ causis. ḡ physic⁹ q̇ ꝯsiderat res naturales necessario habet considerare quattuoꝛ causas.

Querit̃ Quot sunt cause. Solõ q̄ttuoꝛ. scʒ materialis. formalis. efficiens. ⁊ finalis. Qd̕ patet ꝑ sufficiētiā q̄ talis est. Nā oīs cā vel ē intrinseca vel extrinseca. Si intrinseca hoc ē dupl'r vł dat esse ⁊ sic est forma, vel recipit esse ⁊ sic est mat eria. Si ē extrinseca hoc ē dupliciter. vel ē mouēs tm̄. ⁊ sic ē causa finalis. vel est mouēs ⁊ mota sil'. ⁊ sic ē cā efficiens. vel sic oīs cā est ṗncipiū alicui⁹ causabilis. sʒ ē solū duplex causabile in genere scʒ fieri ⁊ esse. igit̃ sūt tm̄ due cāe in gn̄e. Et in specie vtrūq̄ subdiuidit̃. q2 vel causando ē ṗncipiū ipsius fieri quo ad subam fluxus. et sic ē cā efficiens. vel quo ad oꝛdinē ipius ad finē. ⁊ sic est finis. Esse etiaʒ duplex est scʒ essentie ⁊ existentie. Principiū esse essentie est foꝛma. Principium vero esse existentie est materia.

Querit̃ Quotupliciter cōsiderant̃ cāe. Solutõ dupliciter. Uno mō particulariter inq̄ztū scʒ ꝓpoꝛtionāt̃ rebus naturalibus. ⁊ sic sunt physice cōsideratōnis. Alio mō vl'iter ꝓout referunt̃ ad intentiones medij. ⁊ inq̄ztū mediū ⁊ causa idem sunt. ⁊ sic de eis habet considerare logicus. Uel cōsiderātur vl'iter. ⁊ hoc inq̄ztum cōp̄hendūt̃ sub analogia entis. ⁊ sic determinare de causis spectat ad ṗmū ph̄m

Querit̃ Quid est causa materialis. Solutio ex qua aliquid fit cū insit vt es ē materia statue. ⁊ argētū phyale. Et cū dicit̃ ex qua fit aliqd siue res nō intelligit̃ materia ṗma ⁊ materia q̄ sequit̃ ṗmā. Quia materia ṗma est q̄ est in potentia vt inq̇d Albertus ad foꝛmā primā ⁊ hec est indisposita. materia aūt ꝯn̄s ṗmā est que se habet ad foꝛmā ꝯsequētē sicut ṗma se habet ad ṗmā.

Querit̃ Quotuplex est talis materia ꝯn̄s ad ṗmā. Solutio Alberti triplex est in genere scʒ cōmixta tm̄ complexionata et oꝛganizata. In mineralibꝫ est solū cōmixtio elementoꝝ cum virtutibus celestibus oꝑantibꝫ in eis. In plantis aūt ē q̄dā cōmixtio id ē cōplexio q̄si humoꝝ quoꝛūdā. In aīalibꝫ sup̄ hec ult̕ō ē cōpositio oꝛganoꝝ q̄ sunt mēbꝛa officialia ad aliquē actū interioꝛē vel exterioꝛē ꝑtinentia.

¶ Querit̃. q̇d debet intelligi ꝑ aliq̇d. Solõ Alberti cōpositū. Quia materia nullā hʒ causalitatē respectu foꝛme nisi ꝑ accn̄s sed cōpositū ē illd̕ qd̕ fit. ꝓpꝛie et super ipsum stat actus efficientis ⁊ respectu illius est materia causa. ⁊ sic est etiā principiū cognoscēdi ip̄m eodē mō quo est causa

Querit̃ Quare dr̕ cū insit. Solõ ꝓpter ṗuatōem que nō manet in re facta sed abijcitur. Etiam aliquando dicitur fieri aliquid ex aliquo ita ꝙ pꝛepositio non notat materiale pꝛincipium sed oꝛdinem ⁊ sic dicim⁹ ꝙ ex mane fit meridies. ⁊ ex palestris olimpia. Quia post ludos palestroꝛum exercebantur ludi olimpiarum ⁊ ideo ad excludendum etiā talia cum insit.

Querit̃ Utrum semper materia sufficit cum foꝛma ad constitutionem cōpositi. Solutio non sed quandoq̄ʒ vt in

elementis aliquã agit nõ sufficit materia sola. sed oportet eam esse dispositam et illa fit per materias diuersarum rerũ cõiunctas sicut Albertus ad longũ declarat in cõmentario suo.

Ar Materia nõ est causa. ergo nõ est causarum prima. Probatur quia causare est agere. sed materia nõ agit. ergo non causat. Probatur quia ẽ ens in pura potentia Solutio quod materia non est causa actiua. sed passiua. suũ enim causare nihil aliud est quam recipere esse a forma.

Ar Forma est prior materia. ergo materia non est prima. quia forma dat esse. et materia recipit esse. modo dans esse est ante recipiens esse Solutio quod forma est bene prior materia via perfectionis. sed materia est prior forma via generatõnis. et illũ ordinẽ phs seruat in textu.

Ar De rõe cause est aliquid influere. sed materia nihil influit. ergo nõ est causa. sed potius principiũ. Solutio nihil influit actiue. tamẽ influit aliquid passiue. nec etiam requiritur ad rõnẽ cause quod aliquid influat actiue.

Ar Causare ẽ agere. ergo male dicitur quod causat passiue Solutio causare gramaticaliter dicitur agere sed in proposito acceptũ absoluitur ab actione.

Queritur Que est scda cã Solutio formalis et definitur sic est species exẽplũ et rõ eius quod quid erat esse. vt eius quod ẽ diapason genus propinquũ est proportio dupli que est duorum ad vnũ et genus illius proportionis quod continet dictum genus est numerus sonorum. et adhuc genus illius est numerus et vltimũ genus est forma proportionis in genere illo. Dicitur primo species. quia constituit rem in specie. Vel dicitur species. quia ẽ pulchritudo ipsius materie. Secũdo dicitur potius exemplum quam exẽplar quia exemplum dicitur forma secundum esse quod habet in materia. Sed exemplar dicitur idea forme seu forma secundum esse quod habet in mente ipsius efficientis ad cuius similitudinem fit in materia. Ad tollendum ergo errorem ipsius platonis qui dixit quod omnes forme essent solum quedam exemplaria. et dicerentur forme a foris manendo. Ideo dixit phus exemplum et non exemplar. Species vero et exemplum vt inquit Albertus non differunt subiecto sed tamen rõne sicut differunt essentia absolute accepta et esse quod ẽ ex diffusione eius in materia sicut lumẽ dicitur esse ipsius lucis.

Ar Forma est effectus. ergo nõn est causa. Probatur quia forma producitur ab efficiente Solutio neganda est consequentia. quia vnum et idem potest esse causa et effectus respectu diuersorum. quia cause sunt sibi inuicem cause. et sic forma est effectus partialis ipsius efficientis. Est tamen causa respectu totius compositi

Queritur Quotuplex est forma Solutio duplex scilicet substantialis et accidentalis. Forma substantialis est duplex scilicet informans. et forma foris manens.

Querit Quot sunt noīa forme Solutio Alberti in fine primi physicoꝝ in vltimo capitulo ꝙ multa Primo dr̄ forma ſm ꝙ informat ⁊ distinguit informitatē materie. Scd̄o dr̄ spēs ſm ꝙ dat esse ⁊ cognitōem rei. Tercio dr̄ ratio ſm ꝙ ab ea sumit̄ vera rei definitio. Quarto dr̄ idea ſm ꝙ est in suo exēplari. qꝛ oīs forma q̄ est in materia primo fuit in motore. Quinto dr̄ paradigma inq̄ztuz ꝯsiderat̄ in rōne forme ad cui⁹ silitudinē oīs forma fit sicut em̄ lignū sotularium se hꝫ ad calciū ita ec̄ se hꝫ ad formas imago dr̄. Sexto iq̄ztū traducta ē ī materiā ⁊ similitudinē p̄ncipalis forme qꝛ imitat̄ illā in ipsa materia exēplata ad similitudinez forme que est in mente artificis.

Querit Que est tercia causa. Solutio efficiens et efficiens ē p̄ncipium vnde motus. vt consilians est causa consilij. ⁊ pater filij. et oīno faciens facti.

Querit Quotuplex ē efficiens. Solutio est quadruplex scꝫ p̄parans perficiens consilians ⁊ coadiuuans. Efficiens p̄parans est id qd̄ p̄parat ⁊ disponit materiā ad hoc vt suscipiat formā sicut est motus spermatis in p̄parando menstruū sanguinis ad formā suscipiendam quā virtutem mouentē habet sperma ex spū qui est in ip̄o qui est vehiculū virtutis formatiue. Efficiens perficiens est qd̄ tribuit formā constituentē speciem in rebus naturalib⁊ ⁊ hoc est extra materiā ⁊ extra numerum p̄ncipioꝝ naturaliū vt inquit Auicēna. Efficiens consilians dr̄ efficiens deliberans in consilio ⁊ adiutor ad hoc vt aliquid fiat. Efficiens coadiuuans est qd̄ partem habet in opere vt non semper se facit illud sed ꝓpter alterum.

Ar Finis ē principiū vnde motus. ergo non efficiens. Sol͛o finis mouet solū intentionaliter et distāter. sed efficiens mouet p̄ncipaliter et per contactum ⁊ sic est principiū motus realis.

Ar Causa efficiens non ē cā. Probat̄. qꝛ illud nō ē causa sine quo pōt esse effectus sed sine causa efficiente potest effectus esse. ergo nō est causa. Minor est manifesta. quia domus potest esse domificatore mortuo Solutio maior est falsa ⁊ insufficiēs. sed sic debet suppleri. illud nō est cā sine quo effectus p̄t esse ⁊ fieri. Iam licet effectus potest esse sine casa efficiente. non tamē p̄t fieri sine causa efficiente. ⁊ g̊ nō est causa efficiens cā intrinseca cui⁹ effectus est esse. sed causa extrinseca cui⁹ effectus est fieri.

Querit Quid ē cā finalis. Solutio gratia cui⁹ fit quicquid fit de his q̄ ad illū finē sūt ordinata sicut sanitas est causa deambulatōis. Cū em̄ q̄rit̄ ꝓpt̄ q̇d plato deambulat dicim⁹ vt sanet̄. ⁊ sic dicentes opinamur nos reddere cām. g̊ ꝑ hoc p. ꝓbauit finē esse causam

Querit Quare ph̄us postea recapitulauit numerū cāꝝ dc ꝙ finis ē cā causarū. Solutio Alberti quia mouet cām efficiētē vt ip̄a ꝯn̄t̄ moueat materiā ⁊ mouet finis nō realit̄ physice sꝫ metaphorice sicut res desiderata p̄mi. desideriū ⁊ g̊ ē finis primū in intētione qꝛ

efficiens p̄stituit sibi finē ad quē terminaẜ eius actio ⁊ motus. Quādo em̄ mouet efficientē tunc materia mouetur ad eundē finē ⁊ ꝓpter priuatōnem que est in ipsa desiderat eū et sic inducit forma que est finis ⁊ sic ē causa causarū quia mouet omnes alias.

Queritur Quare dicit postea ꝙ voluit esse bonū alioꝝ Solutio qꝛ nō semꝑ finis ē bonū verū sed qn̄qꝫ est bonū apparēs sicut patet in his qui seipsos interficiūt illi em̄ agunt ꝓpter finē aliquē q̄ tn̄ nō est bonū simpliciter sed etiā apparens

Queritur Quotuplex est finis Solutio Alberti duplex in genere. vnus est vl̄is ⁊ alius particularis. Finis vniuersalis est quē intendit causa vl̄is in omibꝫ suis effectibus sicut vl̄s causa hominis intendit cōsequi ꝑpetuitatē hoīs in omni genere. Finis particularis est quem intendit natura particularis in vno opere sicut forma hoīs in hoc generato qui est plato.

Queritur Que est alia diuisio finis Solutio Alberti quidā est finis intentionis agentis sicut pater intendit similitudinem speciei ⁊ forme p generatōem. Alio mō finis dicit terminꝰ opīs sicut ꝓiectio spermatis in matricē per coitū. qm̄ hoc est terminus sue actōnis. ⁊ sic dicit finis minus ꝓprie.

Queritur Quare ph̄s probat potius de fine in principio textus ꝙ sit causa q̄ de alijs. cū tamē finis sit causaꝝ potissima Solutio qꝛ finis videẜ quodammō ex parte vocabuli repugnare rōni cause vt assumptū fuit in obiecto. quia causa nominat principiū. sed finis videẜ dicere vltimū. ergo ne alicui videreẜ ꝙ finis nō esset causa. voluit ꝓbare ꝙ finis vtiqꝫ sit causa.

Ar Finis nō est. ergo finis nō est causa. Probaẜ quia finis sequiẜ effectū iam causa debet ꝓcedere effectū Solutō duplex est finis scꝫ in intentione. ⁊ in executiōe. Iam dicit ꝙ finis in executione bene sequiẜ effectum ⁊ finis vt sic non est causa. Sed finis in intentione p̄cedit effectū ⁊ ē vera causa mouens sua bonitate efficientem.

Ar Si finis in intentione tm̄ est causa tunc nō potest realiter causare quia intentio nō est quid reale Solutio finis est intentio nō speculatiua veri. sed est intentio practica boni. Et licet illa intentio nō habeat esse reale actuale. habet tn̄ esse reale potentiale ⁊ aptitudinale. ⁊ sic ꝓprie loquendo finis nō est intentio formaliter sed materialiter. id est res possibilis intenta ab agente.

Ar Finis habet esse reale actuale. Probaẜ quia pecunia est finis auari ⁊ tn̄ habet esse reale. Solutio ꝙ pecunia nō est ꝓprie finis sed possessio eius.

Queritur Ad quod genus cause reducūtur cause intermedie Solutio ad genus cause finalis qꝛ ⁊ si sunt efficiētia respectu vltimi finis sunt tn̄ fines respectu p̄cedentiū ⁊ de illis dicit ph̄us ꝙ mouente alio p̄cedente ipsa media fiunt finis. sicut attenuatio siue macies

est mediū consequendi finem illū qui est sanitas ⁊ ideo cū ieiunamus ꝓpter sanitatē tanq̄ ꝓpter finē vltimū tūc dicimus ꝙ ieiunamus ꝓpter maciē q̄a termin⁹ ieiunij est macies ⁊ in ipso intendim⁹ vt cōsumant humores putrescentes quibus cōsumptis sanamur, ⁊ sic etiā purgatōnes sunt media in sanitate ⁊ sil'r organa siue īstrumēta medicinalia vt clister ⁊ sil'ia sūt fines respectu p̄cedentiū ⁊ media respectu finis vltimi.

Querit Quotupliciter cōtingit loqui de causis intermedijs Solutio dupliciter. Uno mō q̄tū ad pōtestatē causandi. ⁊ sic reducunt ad p̄mā causam. q2 cause intermedie q̄tū ad virtutes agendi dependēt a p̄ma causa. Alio mō q̄tum ad ordinē ⁊ modū causandi. ⁊ sic reducunt ad finē. quia ordo in his que sunt ad finē sumit ex fine. finis eīm est rō eorum que sunt ad finem.

Querit Quot sunt ꝓprietates causaꝝ. Solutio tres. Prima est. ꝙ vnius effectus possunt esse plures cause. vt es est causa statue materialis ⁊ causa efficiēs eius est ars factiua ei⁹ ⁊ causa formalis ei⁹ est figura et finalis ei⁹ repn̄tatio vnius vel alterius doli cui similis est statua. Secūda est ꝙ cause sunt sibi inuicē cause. vt laborare ē causa boni habitus scz sanitatis ⁊ bon⁹ habitus ē iterū cā laboratōnis. sed nō tn̄ eodē genere cause. Tercia est ꝙ vna ⁊ eadē causa pōt esse oppositoꝝ effectuū. sed non eodem mō vt nauta sui p̄n̄tia est causa salutis nauis. sed sui absentia est causa periclitationis nauis.

Querit Quot sunt modi causandi. Solutio duodecim. Et colligunt ex q̄ttuor diuisionib⁹ causaꝝ quaꝝ p̄ma. secunda. et quarta subdiuidūtur ꝑ terciā. Prima diuisio causaꝝ. alia prior alia posterior. Exemplū de causa priori efficiente vt domificator est causa prior ipsius domus. Et artifex est causa posterior domus. quia est magis remota causa ⁊ vniuersalior. Et in causis formalibus cā prior diapason est proportio dupli ⁊ causa posterior numerus quia est causa vniuersalior. Secunda diuisio est Causaꝝ alia per se alia per accidens. vt statuarius est cā per se ipsius statue. sed policlet⁹ ē cā statue ꝑ accn̄s. nā accidit statuario ꝙ vocet policletus inq̄tū h̄mōi. Policlet⁹ eīm fuit p̄m⁹ statuarius. Et dicit ph̄s ꝙ inter causas per accn̄s est ordo. quia quedā sūt magis per accidēs q̄ alie. vt albedo in domificatore est magis causa per accidēs ipsius dom⁹ q̄ musica. q2 musica et domificatoria cōueniunt in vno subiecto ſm speciē non aūt albedo. quia albedo potest pluribus subiectis ſm speciē cōuenire. Tercia diuisio est Causaꝝ alia in actu alia in potentia. Causa in actu dicitur que ponit effectū suū in actu. vt domificans est causa in actu ipsius domus. sed domificator est tantū causa in potentia. ⁊ ergo sequit domificans est ergo domus est in fieri. sed non sequit domificator est ergo domus est in fieri. sed solum ergo est in potentia. Et inter illas etiam est ordo quia aliquis est in potentia remota que est indisposita habens tm̄ habitualitatem nature sicut puer potentialiter edificat. Est etiam potentia disposita habens inclinatōnem ad actum ex dispositione sicut iuuenis incipiens discere artem edificandi ⁊ hic est habens habitum potentialiter anteq̄ edificat ⁊ ſm actionem edificandi erit in actu

Ar. Domificans non est causa in actu ergo. Probatur. quia non ponit domū in actu. qꝛ non sequitur domificans est ergo domus est.
Solutio ibi male arguitur sed debet sic argui. domificās ē ergo domus est in fieri. quia causa efficiens ponit effectum in fieri vt supra dictum fuit.
¶ Quarta diuisio est Causaruꝫ alia complexa alia incomplexa Exemplū de causa incomplexa vt statuarius. de cōplexa vt policletus statuifica. Et tunc dī phus ꝙ membra prime secunde ꝛ quarte diuisionis debent subdiuidi per terciam. ꝛ resultabunt duodecim modi causandi. quia causarum vniuersalium alia in actu ꝛ alia in potentia. ꝛ causarum particularium similiter ꝛ sic de alijs diuisionibus.

Querit. Quis est ordo cause in actu ꝛ eius effectus Solutio causa in actu ꝛ eius effect⁹ silr sūt. ꝛ nō silr sūt. Sūt em̄ silr ꝓm tp̄s. ꝛ nō sunt silr ꝓm naturā. qꝛ cā q̄libꝫ naturalr pōr ē suo effectu
¶ Querit. Quā causam dꝫ physic⁹ q̄rere. ꝛ quō dꝫ rn̄dere ad q̄stioneꝫ sibi factā. Solutō ibi dꝫ q̄rere cām sūmā. id ē effectui suo ꝓportionataꝫ. Et dicit phs ꝙ cā ꝛ effectus mutuo ꝓportionant vt cā per se ꝛ effect⁹ p se. Causa per accidens ꝛ effect⁹ p accn̄s. Causa in actu ꝛ effect⁹ in actu. Cā in potentia ꝛ effect⁹ in potētia ꝛ sic ꝓportionabiliter se inferūt mutuo.

Quartus tractatus de casu et fortuna.

Postq̄ꝫ phus determinauit de causis ꝛ modis causarū manifestis. In hac pte vult determiare de modis q̄busdā causarū inmanifestis. Et duo facit. Primo ponit intentōem suā. Scd̄o ꝓseq̄tur eaꝫ ibi. Quidā em̄ ꝛ si sunt. Et est quartus tractatus in quo phs determinat de causis per accidens. quales sunt casus ꝛ fortuna. Et continet quattuor capitula. In primo ponūtur aliquoꝝ opiniones de casu ꝛ fortuna. In secūdo ostendit quid sit vnumquodq̄ꝫ istorum. In tercio ostendit differentiā inter casū ꝛ fortunā. In q̄rto docet reducere casū ꝛ fortunā ad alias causas per se Scd̄m capl'm ibi Primū q̄dē igit̄ qm̄ videm⁹. Terciū ibi. Differūt aūt qm̄ casus Quartū ibi Sed modorum causarum in quib⁹ est.

Querit. Utrū phs necessario habeat determiare de casu ꝛ fortuna Solutio sic ꝛ ratio est. qꝛ phs naturalis hꝫ determiare de his q̄ fiūt in natura. sꝫ nō oīa fiūt in natura a cā p se. sꝫ etiā per accidens. ergo etiā naturalis phus habet determiare de causis per accidēs quales sunt casus et fortuna
¶ Querit. Quare casus ꝛ fortuna dicūtur cause per accidens. Solutio ideo. qꝛ eoꝝ effect⁹ nō sūt semper vel frequenter. sed extra semper et frequenter.

Ar. De causis per accidens non potest esse scia. ergo phs nō pōt determiare de casu ꝛ fortuna. Probat qꝛ scia ē necāriorꝫ ꝛ impossibiliū aliter se hr̄e Solō de casualib⁹ seu ꝯtingētib⁹ i pticulari nō ē aliq̄ scia sed tn̄ de eis in vlī pt vtiq̄ꝫ esse scia nō q̄dē i spē sꝫ solū i gn̄e ꝛ in cōmuni

Reparationes

Queritur Quot fuerunt opiniones antiquoꝝ de casu ꝛ fortuna. Solutio tres. Prima fuit eoꝝ qui dixerunt casum et fortunã nõ esse. Et hoc ꝓbabant dupliciter. Primo sic. Oia que fiunt in natura fiunt a cã determiata ꝛ legittia. ergo nihil fit a casu ꝛ fortuna. ꝛ ꝑ ꝯñs casꝰ ꝛ fortũa nõ sũt ĩ natura. Añs ꝓbat̃ qꝛ demosthenes ĩuenit amicũ suũ esschinẽ in foro vbi nõ ꝑconcepit nec intendit eũ inuenire dicit hoc eẽ a fortuna tñ illius ẽ determinata cã ista scȝ q̇a demosthenes voluit ire ad emendum aliq̇d in foro illo vbi erat esschines igit̃ illa ꝛ sĩlia fiũt a determiata cã

Queritur Quõ debet solui illa rõ. Solutio sic ꝙ causa dupliciter dicit̃ determiata. Uno mõ qꝛ est effectui ꝓportionata. ꝛ hoc mõ casualia ꝛ fortuita hñt causas determiatas sicut ꝓbauit rõ eoꝝ. Alio mõ dicit̃ causa determiata ꝑ se talis vl' talis effectus. ꝛ hoc modo casualia ꝛ fortuita nõ habẽt causas determinatas. Secũdo ꝓbabãt a signo sic. Antiqui sapiẽtes q̇ locuti sunt de causis generatõis ꝛ corruptõnis nullã fecerũt mentionẽ de casu ꝛ fortuna. ergo nõ sunt casus ꝛ fortuna. Añs ꝓbat̃ qꝛ Empe. litem ꝛ amiciciã nõ dixit esse casualia vel fortuita. Silr q̇ posuerũt vnũ pricipiũ materiale ignem vel aliquid aliud nõ dederũt illud casui ꝛ fortune. Solutio tenet Anaxa. intellectũ agentẽ quẽ dixit esse discernentẽ oia debent casui ꝛ fortune. Soluendo dicit phs ꝙ hoc falsum ẽ imo Empedocles dicit casualiter ꝑtes in vniuerso ad inuicẽ cõcurrere ad constitutionem rerum.

Queritur Quõ phs soluit illã rõnẽ. Solutio ꝑ interemptionẽ qꝛ Empe. vtebat̃ casu ꝛ fortuna. Quia dixit ꝙ nulla cã essentialis est quare aer congregat̃ superius ꝛ nõ descendit sub aquam et terram sed potius hoc cõtingit a casu ꝛ causa accidentali vñ ip̃e dixit ꝙ accidit ĩ creatõne mũdi sicut in cursu hois. Cum eñ homo currit aliqñ allidit pedem qñ habet obstaculũ in via qd̃ nõ preuidet ꝛ aliqñ non allidit qñ nõ obijcit̃ in obstaculũ. sic etiã aer tunc qñ mundus creabat̃ qñ nõ inuenit obstaculũ ascendit sursum. Sepe aũt fit aliter in motu aeris qñ inuenit obstaculũ ꝛ hoc totũ est per causas accñtales ꝛ p̃ter intentõnem nature. Et eodẽ mõ est in ꝑtibꝫ aĩalũ ꝙ casu congregant̃ aliqñ ꝑtes ex quibꝫ fit caput et alie ex quibꝫ fit corpus. ꝛ tunc fit generatio. Ita etiã casualis est mundi creatio in vno tꝑe ꝛ non in alio. sicut ꝛ aer aliqñ congregatur sursum ꝛ inundat in ventũ ꝛ aliqñ deorsum ꝛ inundat in terremotũ ꝑ casum ꝛ fortunam Et silr dixit democritus ꝙ in infinito vacuo respersi atomi casu occurrũt sibi aliqñ ꝛ generant mundũ ꝛ aliqñ ita dispergunt̃ ꝑ casum ꝙ mundus ĩ toto dissoluit̃ vel in maiori ꝑte.

Queritur Que fuit secũda opinio antiquoꝝ de casu ꝛ fortuna. Solutio phi ꝙ casus esset cã oim mundanoꝝ. Et dicũt motꝰ celi ꝛ astroꝝ cursus q̇ discernunt inferiora ꝛ totũ vniuersum posuñt ĩ istũ ordinẽ quẽ videmꝰ ꝛ stabiliũt ip̃m in illo qd̃ ẽ a casu ꝛ fortuna

Queritur Quõ phs reprobat scd̃am opinionẽ. Solutio duabus rõibus. Prima ẽm illos casus ꝛ fortuna nõ sunt in his inferioribꝫ. ergo nec in corpibꝫ celestibꝫ. Cõsequẽtia ꝑꝫ. Quia hec infe-

riora dependent a superioribꝫ tanq̃ a nobilioribꝫ ⁊ diuinioribꝫ corporibus ¶ Secūda rō est. qꝛ longissima experientia cōptū est nullā variatōnē vel cōtingentiā esse in corpibꝫ celestibꝫ. g̃ ⁊c. ¶ Tercia opinio fuit eoꝝ qui dixerunt fortunā esse causam īmanifestam humano intellectui ⁊ esse aliquid felicius ⁊ diuinius homine. ⁊ felicitatē ⁊ infelicitatē hoīs esse in potestate fortune. qꝛ dixerūt fortunam esse diuinū numen cui templum statuerūt ⁊ idolum qđ erat in rota ꝓpter varietatē. ⁊ cecum ꝓpter imprudentiā. Formarū et dimidiū nigrū ⁊ dimidiū albūm ꝓpter eufortuniū ⁊ infortuniū que sunt partes fortune. putabant eñ ꝙ ab eo quod est incognitum homini sibi non posse cauere in malis vel occurrere in bonis ex vno intellectu. ⁊ ideo orabāt diuinū numen vt ꝓpiciaretur in malis auertendis. ⁊ beniuolū ⁊ largū esset in bonis conferendis.

Querit̃ Quō reprobatur hec opinio. Solō sic qꝛ etsi fortuna sit causa immanifesta humano intellectui ⁊ indeterminata nobis. hoc tamen nō est ꝓpter sui eminentiam. sed ꝓpter infinitatem. quia est causa tm̄ per accidens.

Querit̃ Quō inuestigat phus definitionem fortune. Solō per quatuor diuisiones. Prima diuisio est eoꝝ que fiunt: quedam fiunt semp. quedam frequenter. quedā extra semp ⁊ frequenter. Exemplū pmi. vt ortus solis. Exemplū secūdi. vt hominē nasci cū duabꝫ manibꝫ ⁊ decem digitis. Exemplū tercij. vt monstra ⁊ prodigia ¶ Secūda diuisio est eoꝝ que fiunt alia fiunt ꝓpter hoc. alia vero non. Illa dicuntur fieri ꝓpter hoc que fiunt ꝓpter aliquem determinatū finem notabilis bonitatis. Et dicūtur fieri nō ꝓpter hoc que nō fiūt ꝓpter aliquē determinatū finem bonitatis notabilis. ¶ Tercia diuisio. eoꝝ que fiunt quedam fiunt ab agentibꝫ ꝓm ꝓpositū. alia fiūt ab agētibꝫ nō ꝓm ꝓpositū. Scđm ꝓpositū fiūt illa que fiunt ab agente intellectuali. Et illa fiunt non ꝓm ꝓpositum que fiunt ab agente naturali nō habente intellectum seu vsum rōnis. ¶ Quarta diuisio. eorum que fiunt quedā fiunt a causa per se. quedā vero a causa per accidens. A causa p se fiunt illa que fiunt a causa ordinata ad talem effectum. Sed illa fiunt a causa p accidens que fiunt pter intentiōem ipsius agentis. Infert ergo phus definitionem fortune ecōuerso ex istis diuisionibus ordine retrogrado sic.

Fortuna est causa per accidens in agentibꝫ ꝓm ꝓpositum eorū que fiunt ꝓpter hoc extra semp ⁊ frequenter.

Ar Fortuna est causa p se. ergo definitio falsa. Probat̃. qꝛ ē intellect⁹ practicus qui est causa p se. Solō. nō est intellectus practicus formaliter fortuna. sed potius intellectus practicus relatus ad effectū non intentū. hoc est qui euenit pter intentionem.

Ar Non reperit̃ in agentibꝫ ꝓm ꝓpositum. Probat̃. qꝛ pueri habent ꝓpositum ⁊ tamen nō dicūtur fortunati. Solō licet pueri habeāt ꝓpositum potentialiter. non tamē habent actuale exercitium ꝓpositi. iam fortuna reperitur in hominibꝫ ꝓpositum actualiter habentibꝫ. Et sic circa idē operatur circa quod operatur intellectus practicus. qꝛ ꝓpositū deliberans non

est sine intellectu practico. Et ita esse fortuitū ex duob⁹ p se intentis causat quoꝝ alterum ad minus est a ꝓposito. reliquū aliquādo est a ꝓposito aliqñ a natura. Vñ sic pꝫ. inuentio amici in villa qui nō intentus est inueniri in ea causata est ex eo qꝛ vnus amicoꝝ intendit aliqua de cā ire ad villaꝫ ꝛ alter intendit ire ad eandē cū tñ neuter intenderet ibi inueniri ab altero. Siliter inuentio thesauri in sepulcro causata est ex ꝓponente facere sepulcrum. ꝛ ex alio qui ibi diu intendit abscondere thesaurū. vel qꝛ virtus mineralis ꝓduxit eum in loco sepulcri nō ad hoc ꝙ ille inueniret ibi ille sepulcruꝫ fodit. Et sic esse fortuitū semper causatur ex duob⁹ intentis. et sic ille effectus reducit formā ad causam p se q̄uis nō sit causa p se

Queritᷣ Quō ꝓbat phus ꝙ fortuna repiatur in agentib⁹ ſm ꝓpositū tm̄ Solō. rōne ꝛ signo. Rōne sic. fortuna soluꝫ reperitur in illis quib⁹ ꝯuenit agere. sed solum habentib⁹ rōnem ꝛ ꝓpositum ꝯuenit agere. ergo etiā illis ꝯuenit fortuna. Maior est manifesta. qꝛ fortuna est causa agens. Minor ꝓbat. qꝛ que carent vsu rōnis potius aguntur q̄ꝫ agant. ¶ Signo sic. qꝛ fortuna vel est felicitas vel ꝓpe felicitatē. sed felicitas nō repitur nisi in agentib⁹ ſm ꝓpositū. ergo etiā fortuna ꝯuenit agentib⁹ ſm propositum

Queritᷣ Utrū fortuna pt̄ ꝯpetere non hn̄tib⁹ ꝓpositū. Solō sic aliquo mō. scꝫ vel p quādam similitudineꝫ. sicut protharcos dixit lapides fortunatos ex quib⁹ ꝯstituunt altaria. ꝛ illos infortunatos qui iūgunt in pauimento. Vel passiue ꝯuenit fortuna etiā nō habētib⁹ ꝓpositum inq̄ꝫtum scꝫ stant sub directōe alicuius intellectualis agētis propositum habentis. ꝛ sic pueri possunt dici fortunati ꝛ silr̄ bruta inq̄ꝫtum ab alijs homib⁹ dirigūtur

Queritᷣ Quō casus ꝛ fortuna differūt ꝛ quō ꝯueniūt. Solō fortuna tm̄ repitur in agentib⁹ ſm ꝓpositum. casus ꝓprie dictus solū repitur in nō habentib⁹ ꝓposituꝫ. Sicut si tripes cadat deorsum et stet supra pedes suos ille effect⁹ scꝫ stare supra pedes ē a casu. Aliud exm̄ phi est. si equ⁹ vadēs ad domū saluet a lupis dr̄ casualiter saluatus.

Queritur. q̄d est casus. Solō. causa per accidens eorū que fiunt propter hoc extra semper ꝛ frequenter

In hoc ḡ ꝯueniūt casus ꝛ fortuna. qꝛ vtraq̄ꝫ cā hꝫ fieri in agētib⁹ ꝓpter hoc

Queritᷣ Quō casus hꝫ se ad fortunā Solō. casus hꝫ se ad fortunā sicut superius ad inferius

Arḡ Ex illo seq̄ret ꝙ casus ꝛ fortuna nō distinguerent. Seq̄la ꝓbat. qꝛ supius ꝛ inferius nō distinguūtur realiter Solō. casus pt̄ accipi dupl'r. Vno° generaliter ꝛ cōiter. ꝛ sic est nomē cōe ad fortunā ꝛ casum ꝓprie dcm. Alio° capit spēal'r. ꝛ sic est cā distincta ꝯtra fortunā. Et qꝛ fortuna hꝫ sibi nomē ꝓpriū impositū. casus aūt nō. ideo casus sibi vsurpat hoc nomen generale tanq̄ꝫ sibi appropriatū iuxta regulam topicam

Queritᷣ Quō ꝓbat phs ꝙ casus sit eoꝝ que fiunt ꝓpter hoc Solō. qꝛ casus idē est q̄d p se frustra ꝛ vanū. sed frus

stra dicit qd est ꝑpter aliquē finē intentū quē nō seꝗtur. sicut deambulatio q̄ fit ꝑpter depōnē ventris frustra est qñ nō sequit depositio. Et sic fm dñm Albertū nō qlibet operatio est frustra si qs nō ꝯsequit p eam finē. Quia vt dcm fuit supra est duplex finis. scilʒ operantis ꝛ opis. Finis opantis qñqʒ est stultus. qñ videlʒ est talis ad quē nullo mō ordinat opatio ꝛ quē īpossibile est eū ꝯseq̄ p opatōem illā. ꝛ tūc nō dr opatio illa vana vel frustra si nō ꝯseqtur finē quē stulte intēdit. sicut si aliqs dicat se balneare vt sol eclipset nō em ꝑpter hoc balneatio ē frustra si sol nō eclipsabit. qꝛ talis finis nō ē aptus natꝰ acqri p balneū. ꝛ ideo deridēdus est ille q̄ hoc intendit. Aliꝰ ē finis opis qui frequēter obtinet ope illo. ꝛ si p tale opꝰ nō obtinetur finis ille tūc dr esse frustra. ¶ Iuxta qd notandū est φ iuxta ꝓprietatē latine lingue differunt frustra vanū ꝛ ociosum. qꝛ frustra dr illud qd iam dcm est. qd scʒ fit intentōe obtinēdi finē ad quē etiā de se ordinatū est. quē tñ nō attingit. Vanū est qd de se nō est aptū natū vt sit alicuius vtilitatis vel nocumenti causa sicut est motus digiti ꝑter intentōem ꝛ indigentiaʒ. Ociosum dr opus demonstrans vacuitatē operantis. ꝛ ideo sonat viciuʒ in operante. leues enī ociosa faciunt. Et sic ociosū ꝛ vacuū idē sūt subiecto. sed differūt fm rōneʒ. Sed id qd est frustra differt fm subam etiā ab vtroqʒ. Casus autē q̄ ex se pꝛeter intentionem accidit fm suū nomen venit ab eo quod est frustra. cadit eñ in casu operatio ad finem non intentum. sed in eo qd est frustra cadit a fine intento. et ideo vtrūqʒ istorum videtur ex se accidere. cum finis sit extra intentionem. et ideo quod nos vocamus casum greci vocant ex se accidere Cuius est exemplum. vt cum cadit lapis sublata calumna que sustēabat eum. hic cadit non vt percutiat vel vulneret. sed cadit proprio pondere remoto prohibente. vulnerat autem quia habuit caput obiectum descensui eius. et ideo vulnerare est extra intentionem lapidis metaphorice loquendo de intentione. A per se igitur et etiam a casu cecidit lapis si vulneret tūc Aliquādo tamē cadit ꝛ vulnerat. qñ ꝓijcit vt vulneret aliqueʒ. sic igitur differūt casus ꝛ fortuna

Queritur In quibus casus et fortuna habent maximam differentiam Solutio in operibus nature. cum aliquid fit ꝑter intentionem nature agentis. sicut quando generatur sextus digitus in vna manu. vel duo capita generantur in vno corpore. vel carentia digiti vł aliquorum membrorum. illa enim non dicuntur fieri a fortuna sed a casu et ab eo quod est per se frustra fm φ quidam vocant tale casum. Et sic fortuiti euentus causant tota extra. qꝛ finis formatus est totus extra eum cui accidit. Sed casus in opere nature quandam causam habet intra que videlicet est naturalis puta diminutio materie vel corruptio alicuius principiorum in materia. Dicit tamen Albertus φ in isto vltimo exemplo nō videt esse casus nisi sumatur large. et ideo phylosophus in libro de animalibus vocabat talia occasionata et non casualiter nata. casus enī est causa p accidens. Occasio vero minus dicit φ̄ causam. et est quando ꝓpter aliqd accidens aliquid causatur. sicut in nominibꝫ dicimus aliquem dare occasioneʒ quando facit vel negligit ꝑpter quod aliquis damnificat.

Querit Utrum casus et fortuna necessario habent reduci ad aliquod genus cause. Solutio sic. et ratio est. quia omne per accidens necessario habet reduci ad per se. sed casus et fortuna sunt cause per accidens. ergo necessario reducuntur ad aliquod genus per se. Et reducuntur ad causam efficientem. quia casualia et fortuita aut sunt de numero eorum que fiunt a natura. ita quod natura accipitur generaliter pro omni eo quod mouet. non natura in hoc quod non deliberat aut sunt ab intellectu operante. ita tamen quod ambo sint iuncta operanti. sed utrumque istorum natura videlicet et intellectus sunt de genere causarum efficientium. ergo casus et fortuna sub causa efficiente locantur. et quorum natura et intellectus sunt cause vere efficientes ipsa sunt cause per accidens. et ergo Empedocles male dixit quod casus esset prima causa celi. cum per accidens necessario presupponat per se.

Quintus tractatus

Postquam philosophus determinauit de quatuor causis siue modis causarum. et de causis per accidens. quales sunt casus et fortuna. Hic consequenter ostendit quomodo physicus demonstrat per has quatuor causas. Et primo premittit intentionem suam dicens. Que autem sunt cause et quot sunt numero quia quatuor. hoc ex predictis manifestum est. Tot enim sunt numero quot comprehendit questio propter quid. sed questio propter quid comprehendit omnia genera causarum. et non comprehendit plura genera causarum quam quatuor que dicta sunt. ergo sunt quatuor cause.

Querit Utrum ad physicum pertineat demonstrare per quatuor causas. Solutio sic. et probat phylosophus tali ratione quia per tot causas habet physicus demonstrare quot comprehendit questio propter quid in physica. sed questio propter quid in physica comprehendit quatuor causas. ergo per quatuor causas habet physicus demonstrare. Minor probatur. quia quandoque respondetur in physica causa materialis. quandoque formalis. quandoque efficiens. et quandoque finalis. Et dicitur notanter in physica. quia in mathematica respondetur solum per vnam causam scilicet formalem quia querimus ibi quid rectum vel quid mensurabile. et querimus definitionem formalem istorum. et reducimus questionem ad vltimum propter quid quod est causa formalis in qua stat resolutio.

An ad physicum pertinet demonstrare per quatuor causas probatur

Querit Quomodo probat phylosophus quod res physica dependet a quatuor causis. Solutio. primo de forma materia et efficiente sic. res physice sunt generabiles et corruptibiles. sed in rebus generabilibus et corruptibilibus necessario sunt ista tria. scilicet id quod fit scilicet forma. et id quod facit hoc scilicet efficiens. et quod est subiectum factionis scilicet materia. ergo ex illis tribus dependent res naturales. Secundo de fine sic. forma et finis coincidunt. sed res naturales dependent ex forma. ergo etiam ex fine. loquendo de fine quo. qui cum forma coincidit. et non de fine gratia cuius. Secundo sic de fine probat. natura agit propter finem. ergo res naturales dependent etiam ex fine.

Querit̃ Quā differenter forma coincidit cū fine ꝛ efficiēs cum forma. Solᷓo. forma ꝛ fins coincidūt in idē numero. ſꝫ efficiens ꝛ forma in idem ſpecie tm̄ coincidūt ſi ſit efficiens vniuocū. ſicut cū hō ꝓducit hominē forma hoīs mouēs eſt in generatōe ꝛ eſt intenta a generante ſicut finis. Generat etiam hominē ſol ꝛ caloꝛ alioꝝ coꝛpoꝝ celeſtium ſed nō eſt vniuocū nec hn̄s eandē materiā cū generato

Ar Foꝛma ꝛ efficiens coincidūt in idem numero. ergo illa differentia falſa. Probat̃. quia dicit phus ſecūdo de aīa ꝙ anima eſt efficiens et foꝛma finis ſui coꝛpoꝛis. ſed aīa eſt vna numero. igit̃ ꝛc. Solᷓo. dictuꝫ phi intelligitur de foꝛma pure naturali. anima vero nō eſt foꝛma pure naturalis. ſed ſupgredit̃ naturā. qꝛ excedit eā in gradibꝫ viuendi. natura eīm eſt foꝛma tm̄ doꝛmiens in materia nō mouens eam. aīa ꝓo materiā ſuā mouet effectiue de loco ad locū ꝛ oēm dn̄am poſitiōis.

Ar Foꝛma ꝛ efficiens ꝛ ſilr̄ oēs alie cauſe diſtinguūtur ſpecie. ergo nō poſſunt ſpecie vel numero coincidere. Solᷓo. iſte cauſe foꝛmaliter cōſiderate ſpē diſtinguūtur vt probat argumentū. ſed tn̄ materialiter ꝯſiderate poſſunt in vnū numero vel ſpecie coincidere.

Querit̃ Utrū mouentia nō mota ſunt amplius phyſice ꝯſiderationis. Solᷓo nō. ſed phyſica habet cōſiderare mouentia quecūqꝫ mouēt mota. ſed que ſunt omino īmobilia nō cōſiderat niſi inqꝫtum ad motū referūtur. Et rō eſt. qꝛ motus eſt actus eſſentialis nature. ergo phyſicus nihil cōſiderat niſi mobile. ꝛ ꝑ cōſequēs mouentia non mota hoc eſt mouētia īmota ſiue īmobilia non ꝯſiderātur ab eo. qꝛ eſt ꝓncipiū in phyſica oīa aut quedā moueri.

Ar Phyſicus ꝯſiderat primū motoꝛem. vt patꝫ in octauo huius. ſed pmus motoꝛ eſt omnino īmobilis tam ꝑ ſe qꝫ ꝑ accn̄s. vt in octauo huius dicet̃. Solᷓo. primus motoꝛ accipit̃ duplr̄. Uno modo quo ad entitatem ſuā. ꝛ ſic nō ꝯſideraẗ a phyſico. Alio mō vt motoꝛ eſt. id eſt inqꝫtum ſibi ꝯuenit rō mouendi. ꝛ ſic ꝯſideraẗ octauo phyſicoꝝ. qꝛ ſic hꝫ oꝛdinē ad motū ꝓncipaliter in phyſica ꝯſideratum

Sextus tractatus

Sequit ſextus ꝛ vltimus tractatus huius ſecūdi ꝯtinens duo capl'a In quoꝝ ꝑmo oſtendit phus naturam agere ꝓpter fineꝫ. In ſecūdo oſtendit vn̄ ꝓueniat ncc̄itas in rebꝫ naturalibꝫ. ibi. Qō aūt ex ncc̄itate ē

Querit̃ Que fuit opinio antiquoꝛum in hac materia de actione nature. Solᷓo. antiqui dixerunt naturā agere ex neceſſitate materie. ꝛ non ꝓpter aliquem finem. Et hoc ꝓbabāt rōe ſic. ſi natura ageret ꝓpter finem tūc ſemꝑ ꝓduceret id qđ melius eſt. ſed hoc nō ergo natura nō agit ꝓpter finem. Maioꝛ ꝓbatur. qꝛ bonum ꝛ finis coincidūt. Sed minoꝛē videlꝫ ꝙ natura nō ſemꝑ ꝓducit id qđ melius probet dupliti exemplo. Primū exemplū eſt. qꝛ Iupiter q̄ ſm̄ vulg⁹ de⁹ fuit regens oīe

quod est. sepe pluit. nõ tamẽ ꝓpter salutem bladoꝝ. q2 blada sepe p' pluuias destruũtur. ergo videt̃ ꝙ nõ pluat ꝓpter finẽ. Etiã non pluit in vere vt frumentũ augeat̃. sed potius necessitate materie pluit. q2 cum p euaporatões aqua ducta fuerit sursum ad locũ frigidũ oportz eam ibi inspissari ex frigore ⁊ ↄgelari. ⁊ postq̄ꝫ inspissata est vel ↄgelata tũc accipit formã liquidã aq̃ granis. ⁊ ideo descendit ex necessitate. ⁊ ideo si a casu nutrit segetes augmẽtat eas. Si eñ Jupiter faceret sicut habens intellectũ tũc nõ aliqñ destrueret blada p pluuiam. ⁊ tñ hoc videmus accidere. q2 nõnunq̄ꝫ p pluuiam putrescit ⁊ ꝑditur frumentum ¶ Scdm exemplũ est. q2 in partib⁹ aĩaliuz nõ est talis vel talis ordo ex determinato fine. sed ex necessitate materie. sicut dentes posteriores sunt grossiores anteriorib⁹. nõ ꝓpter aliquẽ finem sed ex necessitate materie. sc3 q2 posteriores magis habent de materia. ⁊ anteriores qui sunt acuti minus Si vero dicatur eis res naturales vt in plurimũ fiunt vt melius est. ergo natura agit ꝓpter finem. Respondent ipsi vt dicit phus ꝙ tales vtilitates p accidens ꝓueniũt. puta vt res saluent̃. q2 nisi sic prouenirent res non saluarentur. et ideo Empedo. dixit in ꝑncipio vaccas esse virigenas. vel virigenas ⁊ bouigenas que erãt de genere hominis seu viri superius. ⁊ inferius de genere bouis. quẽ poete minotaurũ appellabãt. quem interfecit theseus. ille eñ non est saluatus vt similia sibi ꝓduceret in specie nature. q2 fuerunt ↄtraria ipsum corrumpentia vt dixit Empedo. ⁊ de alijs monstris est p omnia similis rõ. Unde isti peccant quia respiciunt formã particularẽ nõ vniuersalem ꝓportionatam intentiõi vniuersalis nature. quia non est effectus vniuersalis pluuie augmentatio bladorum. sed adequatio elementorum. q2 et si augmentũ fructuũ quãdoq̄ꝫ impediat̃. tamen vt in plurib⁹ euenit

Queritur Quot rationib⁹ probat phus ꝙ natura agit propter finem. Solo. quinq̄ꝫ. Prima est. quicquid fit a natura hoc fit propter aliquem finẽ vel fit a casu. sed nõn omnia fiunt a casu. ergo natura agit ꝓpter finem. Minor probatur. q2 que fiunt a natura frequenter fiunt. sed ea que fiunt a casu ⁊ fortuna fiunt raro. Non enim est a casu ⁊ fortuna ꝙ pluit multotiens in hyeme. sed aliquid rationis haberent dicentes ꝙ casu ⁊ fortuna plueret quando sol est iuxta canem in dieb⁹ canicularibus. quia si hoc fiat a natura tamen raro fit. Neq̄ꝫ habent causam ꝙ dicunt cauma siue estum casu fieri in dieb⁹ canicularib⁹. quia hoc fit frequenter. sed aliquam rationem haberent si dicerent casu fieri cauma in hyeme. quia tũc raro fit. Secũda ratio est. vbi vnũquodq̄ꝫ agitur vt aptum natum est agi ibi omnia fiunt propter finem. sed in natura vnũquodq̄ꝫ agitur sicut aptuz natum est agi. ergo omia in natura fiunt ꝓpter finem. Minor probat̃. quia cum lapis agitur deorsum tunc fit sicut aptus natus est fieri. ¶ Tercia ratio est. ars imitatur naturam. sed ea que fiunt ab arte fiunt propter finem. ergo etiam naturalia fiunt propter finem. Minor patet manifeste. q2 domus fit vt defendat nos ab imbrib⁹ ⁊ caumatib⁹. ¶ Quarta ratio sumitur a signo sic. nam animalia que carent ratione agunt opera sua ꝓportionata determinato fini ⁊ quasi haberent rationem. ergo natura agit propter finem. Antecedens patet. quia omnis hyrũdo eodem modo nidificat. ⁊ om

nis aranea vniformiter telam texit ꝛ in eundem finem. scꝫ capiēdi muscas et intantum agunt ꝓpter determinatum finem ꝙ quidam dubitauerūt an eis inesset intellectus vel non. ¶ Quinta ratio est. natura dicitur de materia ꝛ forma ꝛ intendit in operatione suā dūtcta ab agente formam. sed forma est finis materie. ergo natura in opatione sua agit ꝓpter finē

Ar Natura non cognoscit finem. ergo non agit ꝓpter finem. Consequentia tenet. quia actio propter finem presupponit cognitionem finis Solo. licet natura nō cognoscat finē. dirigitur tamen a cognoscente. quia opus nature est opus intelligentie non errantis. et sic natura potius agitur in finem ꝙ̄ agat. vt satis patebit.

Querit Quot fuerunt motiua dicentium naturā nō agere ꝓpter finem Solo tria. Primū fuit. natura sepius deficit a fine ita ꝙ nō ꝯsequitur finem. igitur nō agit ꝓpter finem. Antecedēs patet in monstris diuersis in quibꝫ non attingit finem. ¶ Istud motiuum phus destruit quatuor rōnibꝫ. Prima est peccata que fiunt in natura arguunt potius naturā agere ꝓpter finē. qꝛ quādo natura non attingit in talibꝫ finem. tūc culpatur. ergo signum est ꝙ ꝓpter finem agit quem non attingit Et istud videmus primo ex similitudine in operibꝫ artis ꝛ animalium. qꝛ ars intendit aliquem finem in agendo. sicut domificator domū. sed manifestum est ꝙ in arte sunt peccata. igitur peccata que fiunt in natura non arguūt eam nō agere ꝓpter finem. Et horum videmus exempla. quia aliquādo non recte scribit grāmaticus. ꝛ tūc propter omissionem alicuius principiorum artis nō peruenit ad finem orthographie. quia grammatica quo ad illam speciem que est orthographia habet pro fine recte scribere. Exemplum secūdi est. vt medicus aliquando propter omissionem alicuius principiorum potauit euacuatiuū non recta potatione. Cum igitur ars imitetur naturam vel compleat accidit etiam peccare in natura. et hoc quando natura propter corruptiōem alicuius principij naturalis nō peruenit ad finem intentum a natura. in quo culpatur. sicut accidit in monstris. que sunt nature peccata.

Querit Ex quot causis accidūt mōstra in natura Solo albꝫ in genere. ꝓpter quatuor causas que sub se ꝯtinent multas particulares causas. Aliqñ fiūt propter materie diminutōem. Aliquādo ꝓpter materie superfluitatem. Aliqñ ꝓpter improportionabilitate qualitatū ad materiā. Aliqñ ꝓpter ꝯtinentis malitiam.

Querit Quot modis fiūt ꝓpter materie diminutōem Solo albꝫ. tribꝫ modis. Aliqñ fiūt ſm q̄titatem magnitudinis mēbrorū tm̄ ꝛ nō ſm numerū. Aliqñ ſm q̄titatē magnitudinis ꝛ ſm nūerū simul. Aliqñ ſm numerū ꝛ nō ſm magnitudinē. Illa mōstra q̄ fiūt ſm q̄titatē magnitudinis. fiūt eñ ex diminutōe materie vel debilitate ꝟtutis formatiue. que nō pt formare nisi parum de materia et reijcit aliam. Ea vero que fiunt ſm diminutionem simul ꝛ numerū. fiunt sine dubio propter vtrasqꝫ causas. scꝫ quia diminuta est materia ꝛ debilis est virtus formans Si eñ fortis esset virtus formaret membra in materia data et attraheret

aliam materiã in augmẽtũ. Que autem fiunt ex diminutiõe materie ex vtraq̨ causa sigillatim fieri possunt scꝫ ex defectu materie. vel q꞉ virtus sibi duram materiaꝫ prepara tã ↄuertere non potest nec mutare. Et signũ huius est ꝙ p̃cipue deficiunt mẽbra que longe sunt a corde ⁊ epate distantia in qua p̃cipue sitũ hñt virtutes mẽbra formãtes. sicut deficiũt manus vel pedes vel aliqͦd extrinsecoꝝ mẽbroꝝ in capite. que aũt deficiũt in membris vl' in toto deficiũt quasi sint abcisa. vel deficiũt ab actu. eo ꝙ sunt curua ⁊ mollia. que actũ sustinere nõ possunt.

Querit Quot modis fiunt ex supfluitate materie Sol'o alberti. in genere tripl'r. q꞉ vel excedũt in sola magnitudine. Aut in numero solo. Aut simul in numero ⁊ magnitudine. In magnitudine sicut nascũtur vel totũ corpus vel aliqͦd membrum habentes enorme Et hoc ↄtingit ex duplici cã. scꝫ vel ꝓpter fortitudinem virtutis ⁊ abũdantiam materie simul. Aut ↄtingit solũ ꝓpter materie abũdantiã ꝓpter hoc ꝙ virtus est vltra modũ intensa. Signũ autẽ p̃mi est quãdo totũ corpus est enorme. sed tamen habet omnia membra respondentia sibi ⁊ ꝓportionata. ad inuicem. Signũ aũt secũdi est quãdo corpus nõ hꝫ membra sibi ꝓportionata. sed vnum est enorme ⁊ aliud non. Quia quãdo virtus est ꝓportionata ⁊ nõ materia. tũc virtus nõ potest om̃ia formare equaliter. ⁊ ideo habilẽ materiã melius format q̃ inhabilẽ. Est aũt materia exterioꝝ in quibꝫ minus potest virtus formãs q̃ in interioribꝫ. ꝓpterea q꞉ plus distant a membris in quibꝫ sita est virtus formatiua. Aut excedunt in solo numero. ⁊ hoc ↄtingit semꝑ ꝓpter spermatis abundantiam ⁊ virtutis fortitudinem. Et istud habet tres modos. quia aliquãdo membrum nõ est abundans tali in diuiduo. quia s̃m speciem sibi debetur. ⁊ tamen dr̃ abũdans quia ante tempus debitum oritur. sicut contingit in infantibꝫ ⁊ aliꝭ quibusdam qui cum dente paruo vel pluribꝫ nascuntur ꝓpter abundantiam caloris ⁊ materie circa mandibulas. Et ad istud pertinet natiuitas natorum qui nascũtur cuꝫ pilis magnis ascellarum ⁊ multitudine capillorum in capite. quod contingit propter fortitudinem cordis ⁊ propter terrestreitatem fumorum a corde ad exteriora propulsorum. Et sic dicit Albertus ꝙ suis temporibꝫ fuit sibi presentata puella que nata fuit dependentibus vberibus et cum pilis nigerrimis ⁊ ascellarum. et fatebatur mater eius etiam ꝙ patiebatur menstruorum resolutionem. ⁊ hoc accidit sine dubio propter fortitudinem caloris formantis ⁊ maturantis. Aliquando autem est cum membro nõ debito. sicut fit digitus sextus cum abundãtia alterius membri. propter abũdantiam materie. Aliquando autem fit bicorporeum inferius vel superius. Et sic dicit sanctus Augustinus decimosexto de ciui. dei capitulo nono. ꝙ ante annos aliquot sua etate terre memoria in oriente duplex homo natus est superioribus membris. inferioribus vero simplex. nam duo erãt capita. duo pectora. quatuoꝛ manus. venter vnus. et pedes duo. sicut vni homini. et hoc tam diu vixit. vt multos ad eum videndum fama contraheret. Nicolaus de lyra etiam in expositione primi capituli Geneseos dicit ꝙ Guilhelmus in sua chronica scribit ꝙ tempore regis Philippi qui fuit nonus ante Karolum qui rexit anno. Millesimo. ccc. vicesimo secũdo

In confinio normānie ⁊ britanie nate fuerunt due mulieres in vno corpore ita tamen ꝙ omnia superiora vsqꝫ ad vmbilicum erant duplicia. inferiora aūt erant simplicia. Qꝫ autem essent vere due mulieres apparuit per hoc vt dicit. Quia aliquādo vna tristabatur. ⁊ alia gaudebat. ⁊ aliqñ vna dormiente alia vigilabat. ⁊ vna fuit mortua plus ꝗ̃ ad annū ante aliam secūda tñ ex pondere ⁊ fetore cadaueris mortua ē. Isto etiā mō vt dicit hic Albertus natus fuit quidā cū duob⁹ capitib⁹. ⁊ postea continuata erant duo corpora in collo ⁊ in dorso vtriusqꝫ et inferius videbať vnū corpus. Et nouissime hac tempestate. Anno Mcccc.xcv. quarto ydus septembris presidente regno romano illustrissimo archiduce austrie Maximiliano ⁊ cum ꝑncipibus totius alemanie ⁊ fere totius nationis christiane in wormatia causas reipublice vtiliter tractante natū est simile monstrū de quo quidā ad cancellariū eiusdē his ludit versib⁹. Nam ꝓpe vangionū vicina. bicorporis ortus. Est puer. hic vno vertice fronte paret. Cuius membra quidē distincta ⁊ plena seorsum Officiū peragūt singula queqꝫ suū. Sed qua pte solet frons esse adiuncta cerebro Innexū capiti hic heret vtrūqꝫ caput. Atqꝫ ita bina licet sint corpa. sed tamē vnū Coniunctum qꝫ caput corpora bina gerunt. Aliquādo etiā vt inquit Albertus visus est natus qui quattuor habuit crura ⁊ vnicū ⁊ cōtinuū corpus apparuit in superiori pte. qꝺ sine dubio contingit ex diuisione spermatis in matrice. Et hoc modo etiam fit geminoꝝ natiuitas. qui in vna cella matricis nati inueniūtur. ⁊ qñ tanta fit diuisio ꝙ multiplicāť nati vltra numerū cōem sic dicit Albert⁹ i nono libro aīaliū tractatu primo capitulo quinto ꝙ narrauit sibi medicus fide dignus ꝙ vocatus fuit ad curam cuiusdam mulieris nobilis que fecit abortum de centū ⁊ quīquaginta simul. ⁊ putabat se vermes emisisse de matrice. ⁊ cum aperirenť tele inuenti sunt pueri figurati hñtes quantitatē digiti auriculaꝝ homīs ⁊ plures eoꝝ habebant motū dilataтōnis ⁊ cōstrictionis ⁊ plura alia signa vite ⁊ in pelui iacebāt omnes ante oculos eius et erant oculi eius incōpleti ⁊ digiti manus quasi capillares ⁊ similiter digiti pedū. Auicenna vero narrat de quadā que abortum fecit de vigintiduob⁹ figuratis in tpib⁹ suis ⁊ de quadā q̄ fecit abortū de septuaginta figuratis nō aūt hoꝝ particularius habet determinari in libro de aīalib⁹ Inueniuntur etiā nō nunqꝫ quidam nati cum multis foraminib⁹ sicut sunt ora et multis linguis in vno capite. ⁊ sic dicit Albertus hic in suo cōmentario ꝙ ꝑsentatus fuit. s. tpib⁹ suis qui habent xi. linguas ⁊ xi. ora. ⁊ labia incōpleta xxij. ⁊ fuit mortuus anteqꝫ nasceret. ⁊ hec oīa sunt monstra in natura ex diuersis causis sic genita.

Querit̃ Que sunt monstra que fiunt ꝓpter qualitatū improportionabilitatem Solutō Alberti in quib⁹ est nimia macies vel minima pinguedo quoꝝ ꝑmū fit ex nimio calore scđm ex nimio frigore ⁊ si iunganť qualitates cōtrarie quarū vtraqꝫ sit complexionalis et terminans tunc contingit nasci androgenos quos nos cōmune nomīe hermaphroditos appellamus in quibus vtriqꝫ sexus apparent vt ex quo potius debeant nomen accipere meritū est A meliore tamen hoc est a masculino vt appellarenť loquendi consuetudo preualuit. Quia nemo vnqꝫ vt dicit Augustin⁹ androgenas vel hermaphroditas nuncupauit. Et sic

in talib⁊ virt⁹ formatiua satisfacit vtriqꝫ sexui tam in membris exteriorib⁊ q̃ꝫ in mēbris interiorib⁊ vt dr̄ Albert⁹ se expimento visus didicisse.

Querit̃ Quō ꝓpt̄ maliciā ɔtinētis. qñqꝫ fiūt mōstra siue pctā in natura Solo duplr̄ ꝓpt̄ duplex cōtinēs Est em̄ cōtinēs sicut q̄ dr̄ pellis secūdina Et ē calor terminās etiā cōtinēs hn̄s in se virtutem celestis circuli q̄ ē p̄mū circūdās. Ex ruptura āt secūdinaꝝ fit multiplex mōstruositas. Qudoqꝫ em̄ū materia defluit. ⁊ sic deficit membrū. vel curuatur vel grandescit vel discōtinuat̄ vel dislocatur a membro sibi vicino. ⁊ aliqñ confluunt spermata diuersorū fetuum ⁊ cū conglutinantur duo corpora fiunt in loco illo. ☞ Ex malicia continentis in se celestē effectū. fiunt impressiones diuersarum formarū. que competunt diuersis speciebus aīalium sicut sunt porce parientes porcellos habentes capita hūana sic patꝫ de vaccis quas ponit Empe. Nec em̄ ex spermatū cōmixtione fieri neq̄unt. quia spermata valde diuersa specie corrumpunt se inuicē. ⁊ nihil ex eis generatur. sed potius fit ad constellatōnem. ad illā formā sperma mouentem. extra suā qualitatem. Et sic dicit ptholomeus ꝙ in quadā parte arietis luminaribus et quibusdam planetis alijs concurrentibus nō potest fieri generatio humana. Si aūt essent similia ⁊ vicinarū specierū animaliū tunc possit ex illis generari medium animal sicut ex equa ⁊ asino generatur mulus. ⁊ ex equo ⁊ asina burdo ⁊ ex cane ⁊ lupo lyciscus. patet igit̄ ex his ꝙ omnia monstra sunt peccata nature intendentis finem quē ꝓpter corruptionem alicuius p̄ncipij naturalis non attingit.

Querit̃ Que sit secūda ratio Solutio ista vbicunqꝫ sunt determinata principia ⁊ determiatus ordo ꝓducendi ibi ē determinatus finis sed sic est in generatōne animaliū. igitur natura agit ꝓpter finem. Maior ꝓbatur. Quia nisi intenderet̄ determinatus finis non oporteret sumere media determinata. Minorē ꝓbat pħs quia natura facit semen primo molle vt sit aptum receptioni figurarum hoc autem non faceret natura tali ordine nisi esset semen propter animalis generationem ergo non est casu sed propter determinatū finem. ꝓcedit em̄ generatio naturalis a spermate quod est primo molle. Deinde conuertitur formatur ⁊ maturatur.

Querit̃ Que est tercia ratio. Solutio ista si natura non agit ꝓpter finem. quia quandoqꝫ deficit a fine. ergo in illis in q̄bus minus videtur agere ꝓpter finem erit maior defectus sed hoc nō videmus. Et sic falsum est dictū Empe. dicētis casu monstrum fieri cuius superiora sunt hōis inferiora tauri quod appellatur minotaurus Quia alias oporteret ꝙ casus ille etiam esset in plantis ita vt quandoqꝫ generaret̄ planta cuius vna pars esset vitis ⁊ alia oliua sed tamen hoc videmus

Querit̃ Quare fiunt monstra plus in animalibus q̃ꝫ in plantis. Solutio quia mollius est semen animalis ⁊ plura exiguntur ad determinationem eius q̃ꝫ plante ⁊ animal est difficilioris generationis q̃ꝫ planta. quia planta est similis ⁊ facilis generatōnis ⁊ ergo

facilius fit vt corrumpitur aliqd principium generationis animalis q̄ plante

Queritur Que est quarta ratio. Solutio si natura nō ageret propter determinatum finem tunc non potius fieret ex semine oliue oliua q̄ homo vel asinus sed ista sunt manifesta inconuenientia igitur rc.

Queritur Quod fuit scdm motiuū quo antiqui dixerunt naturā non agere ꝓpter finem Solutio q2 dicebāt q illa que fiunt in natura ꝓueniunt ex aliis causis quia a casu. Contra qd dicit phs q dicens naturam non agere ꝓpter finē destruit naturā r id qd est a natura. Quia naturalia sunt quecūq3 a principio qd intra se habent cōtinue mota in finē aliquē certū r determinatū veniunt sed que sunt a casu non habēt in seipsis pncipium per se mouens ad finem casualem. cū casualis finis incidat r nō fit in agente q2 nō intendit illū. igitur falsum est motiuū eorum.

Queritur Quod fuit terciū motiuū quo videbatur naturā non agere ꝓpter fine Solutō q2 natura nō pconcipit finem nec deliberat de eo dirigendo opus suū postea in illum. Ad qd motiuū rūdet Arestoteles q incōuenienter omnino hoc dr. Quia multa sunt que agunt ꝓpter finē r tamē de fine nō deliberant. sicut ars. Quia perfectus artifex nō deliberat. Dicitur aūt ars non deliberat. Quia ars pcat formā artis sm perfectā rōnem qua habita nō fit deliberatio de opibus artis r sic pfectus chitarista nō deliberat quā chordā debeat pmū tangere quinimo si pcogitare inceperit in operibus artis impediretur r titubaretur. sed mouetur ex arte sicut ex natura quadam r hoc est de opere nature qd absq3 dubio certissimū est licet ipa non pconcipiat. Quia habet in se incorpatam artem primi motoris mouentis in eo. Et hoc ē ac si diceremus q ars nauigandi q̄ est in aīa naute incorpata esset lignis nauis tūc ars eius incorpata dirigeret nauim sicut modo facit ars naute sed tāto certius operaretur q̄to tunc esset forma artis naui magis essentialis r intrinseca.

Queritur Quō phs ōndit istud Solutio in arte medicine puta in medico qui curat seipsum sm artem medicine q̄ ē in ipso. Quia ars q̄ est in ipo dirigit eū inq̄tū est eger in fine sanitatis. Et ergo huic optime compatur opus nature quod habet in se formā agentis que est in ipso incorpata. et intranea r deducit ipm ad finem certū r determinatū. Et istud Albertus pulcerrime ōndit r p exemplū declarat dicens Q2 ome mouēs in natura reducitur ad motū pmi mouētis r p formā illius mouet ome mouens scdm. Primū aūt mouens ē mouens p intentōem et intellectū r ideo pordinat oia ad finē determiatū. Ordo aūt influitur nature nō p modū cognitōis r intellectus. sed potius p modū illū quo ē pncipium motus r opatōis. Et ideo in eodē ordine ad finē ē in materia naturali r seminibus. quo est in motore pmo licet habeat hinc inde aliud r aliud esse r alterius sit rōnis. Et hus ē exēplū i eo q̄ ē sapiēs r dat ɔsiliū. ad aliqd opus r adiungit preceptum vt fiat. Audientes autē non sunt sapientes nec possunt pcipere rōnē ɔsilii tn formā cōsilii apprehendūt ꝓut ē pncipium operis r vis precepti viget eos vt impleāt id quod ex consilio ordinatum est

fieri a sapiente. Ita etiam est in operibus nature in quo est sicut sapiens omnib' in finem ordinans motor primus. Cause aũt materiales in superioribus corporib' ꝛ inferioribus sunt sicut ministri formã consilij ꝛ ordinẽ recipientes ꝛ incorporantes sibi. Et non accipiunt rõnem ordinis ꝛ deliberatõnem ꝛ intellectũ. que sunt in motore primo ꝛ loco pcepti primi motoris accipiunt virtutes naturales de necessitate inclinantes ꝛ deducẽtes ad finẽ certum ꝛ determinatum. aliter eñ non contingerent fines certos virtutes ille Et istud patet manifeste in calore naturali Qui nisi in se haberet virtutem naturaliũ viriũ inclinantiũ ad certũ finem ipse interimeret omne illud in qd agent sed nunc hoc non facit sed terminat ad speciem carnis ossis ꝛ hmõi ꝛ ideo qd alterat calor hoc habet inquantum est vis corpalis elemẽti ꝛ ex necessitate qd aũt deducit ad formã hoc habet a forma ꝛ ordine primi motoris ☞ Et hui' exemplũ est de eo qui dirigit sagittam vt vulneret. sagitta eñ habet qd vulnerat ex necessitate materie ꝓpter acumẽ sui teli. Qz aũt percutit in certum locum ꝛ nequaqꝫ deflectit in alterã partem hoc habet ex intentione ꝛ ordinatione dirigentis sagittam. Et sic ẽ in operibus nature. Quia ꝙ qualitates prime alterant ꝛ mouent materiã et trãsmutãt absqꝫ dubio sub necessitate est. ꝛ hoc habent inquantum sunt qlitates corpales. sed ꝙ actiones eoꝝ terminant ad fines determiataꝝ specierum in cõmixto ꝛ in natura hoc habent a virtute forme que ex primo motore influit oĩbus in natura mouẽtibus.

Querit Utrũ in natura sit aliquis finis ad quem non mouet ipsa. Solutio Alberti ꝙ sic. Quia est duplex finis. Unus in quẽ natura ordinat opus suum ac si illũ pconcepit. ꝛ ille est finis ad quẽ mouet ꝯtinuo motu ꝛ vno. ꝛ sic forma specifica est finis generationis Alius est finis qui sequit necessitatem materie ꝛ ille est multiplex. quia multi sunt fines qui non sunt naturales sicut dissolutio sequit cõmixtum et mors sequit aiatũ. ꝛ ad istos fines non mouet natura cõmixti. licet aliqñ modo moueat ad istos simplex elementũ quod est incõmixto. Cũ eñ mouet hoc ꝙ distat a suo cõtrario ꝛ ita veniat ad defectionẽ sui speciei ꝛ locũ in quo saluatur forma simplicis tunc per cõsequẽs mouet ad dissolutionẽ cõmixti ꝛ ad mortem ꝛ hoc modo simplex desiderat finem certum in natura sed ad hoc pñs mors ꝛ dissolutio non sunt fines naturales nisi forte per cõsequens vt dictum est.

Querit Que est dubitatio secũda quã phus in exordio istius tractatus mouet Solutio vtrũ necessitas in reb' naturalibus sumatur ex fine vel ex priorib' causis. id est vtrũ necessitas physicalium sit necessitas ex conditione siue suppositione vel sit necessitas simpliciter. Dicit aũt necessitas simpliciter que non est ex psuppositiõe alicui' sicut necesse est graue descendere ꝛ leue ascendere non eñ oportet aliqua ad hoc psupponi. Necessitas vero ex suppositõne ad cuius necessitatẽ oportet aliquid presupponi neqꝫ ipm est necessariũ nisi ex suppositõne sicut necessariũ est te dormire si debeant in te quiescere virtutes sensibiles.

Querit Que fuit opinio antiquoꝝ circa istam dubitationem. Solutio quidã q dicũt oĩa casu fieri asserũt i natura

esse necessitatẽ absolutam que est obligatõe materie. Et huius dant exem-plu m in artificialib⁹. Si eĩn querat̃ quare domus sic est facta vt paries sit erectus sub tecto. respondent ꝙ nõ est hoc ideo vt sustineat tectũ. sed q᷑ cõpositus est ex diuersis quoꝝ quedã sunt grauia. ⁊ ideo necãrio descendũt deorsum in fundamentũ. eo ꝙ sic apta nata sunt moueri. Quedã autẽ sunt medio mõ leuia. ⁊ ideo illa coherent grauib⁹ in inferiorib⁹ ⁊ extendunt̃ altiora ꝯtingendo. ⁊ sic fit expansio parietis. Lapides ꝓ deorsum ferũtur ⁊ fiunt fundamentũ. et ligna medio mõ leuia altius ascendũt. ⁊ leuissima sunt in summo. et ita dicũt ꝙ est mot⁹ mixtoꝝ in mixto. ⁊ ideo ex necessitate materie adueniũt eis figure ⁊ forme ꝯpetẽtes motib⁹ eoꝝ. et sic ẜm eos forma sequit̃ necessitatẽ materie. ⁊ nõ ꝓpter formã requirit̃ materia

Querit̃. Quõ ph̃us improbat istud dictũ. Solꝰ sic. q᷑ etsi nõ sine materia necessario fiat forma. nõ tñ ꝓpter necẽitatem materie fit forma. q᷑ sic nõ quereret̃ materia ꝓpter formã. sed possꝫ materia habere formã quãcũqꝫ sequeret̃ necessitatẽ motuũ materie ⁊ sic forma naturalis supponeret̃ casui. eo ꝙ nõ intenderet̃ a natura. et non fit forma ꝓpter hoc nisi vocet̃ illa causa necẽitatis cã. que est dispenẽs eius subiectũ. qḋ ẽ materia. Et istud declarat ph̃us in opatõib⁹ artiũ. q᷑ in illis oĩa p̃ma fiunt ꝓpter posteriora. eo ꝙ posteriora facta sunt fines. ⁊ p̃ora sunt ordinata ad finem. ⁊ tñ posteriora nõ sunt sine p̃orib⁹. Ita ꝑ oĩa est in reb⁹ naturalib⁹ q᷑ finis in eis est forma que est totius opationis p̃ncipiũ ꝓpter qḋ fiũt vniuersa ⁊ sunt. Et istud declarat ph̃us in re artificiali que est domus. q᷑ id quod est p̃ncipiũ omniũ eoꝝ que fiũt in domo est qḋ sibi ꝓponit efficiens q̊ facit domũ. et hoc est opimentũ a pluuijs in tempestate ⁊ ꝯtentiuũ esse diuitiarum. ⁊ saluatiuũ esse contentoꝝ. Et ꝓpter illũ finem querit̃ materia domus ⁊ paratur ⁊ cõiungitur, ⁊ oĩe qḋ fit circa domũ fit ꝓpter illud. Et ideo finis est p̃mus in cognitõe siue intentiõe. ⁊ est vltimus in opatiõe siue executõe. ⁊ tũc est cã causaꝝ. q᷑ ꝓpter ip̃m causant omnes alie cause. ⁊ sicut nũc dictũ est de domo. ita est in omnib⁹ alijs que fiunt ꝓpter aliquid. qḋ est certus finis eorum. Nullũ eĩn taliũ fit sine materia necessaria ⁊ disposita ad suscipiendũ ipsum. sed tñ nunqꝫ finis fit ꝓpter materiã vel necessitatẽ eius sed econuerso materia ⁊ eius necessitas fit ꝓpter finẽ nisi fiat equocatio in prepositione denotante causam, ita ꝙ vocamus causam sine qua non ⁊ necessitatem materie que est causa disponens in subiecto in quo finis habet eẽ Et ad hoc est secũdũ exemplũ. vt si queratur ꝓpter quid est serra huiusmodi. hoc est ex ferro. dicendũ est ꝙ forma serre que est dentatio requirit talem materiam. et ꝓpter formam illam oportuit querere talem materiã Si aũt queratur quare habet hmõi dentes illa materia ferrea. respondetur pro causa vltimus finis qui est opus serre quod est diuidere ligna. qḋ op⁹ licꝫ non fiat nisi dentes illi ferrei sint, tamẽ opus quod est vltim⁹ finis cui⁹ causa oĩa fiunt nõ est ꝓpter ferrũ ⁊ dentes. sed econtra illa fiunt ꝓpter illud. Si g̊ necesse est serrã ferreã esse ⁊ detentatã si debeat ꝯplere opus suũ hoc tñ nõ dicit necessitatẽ finis ꝓpter quem sunt oĩa que sunt circa serram. sed dicit necessitatẽ que est in materia ⁊ eius dispositõib⁹. finis eĩn nõ est in materia habens necessitatẽ sed potius in rõne. quia sic est mouẽs ar-

tificem ⁊ efficitur ꝑncipium totius opatõis.⁊ sic ab ipso fluit.⁊ motus quo mouet efficiens ⁊ necessitas materie qua preparat̃ ad ꝯsequēdū finē

Queritur Q̃uo phs ꝯparat necessitatē in reb⁹ naturalib⁹ necessitati que est in scientijs demõstratiuis Solo. ꝯueniunt et differūt. Conueniūt i h̃ q̄ tam in physicis q̃ʒ in demõstratiuis est ꝑncipiū et ꝑncipiatū. In demõstratiuis eñ̄ ꝯclusio est necãria ꝓpter ꝑmissas.⁊ non econtra.et ibi ea que sunt materialia. ꝑncipia sunt finis.sed in his que fiūt ꝓpter aliquē finem siue in artib⁹ siue in physicis fiant est econtra.qꝛ in talib⁹ finis mouet efficientem ⁊ ab efficiente infunditur materie motus. et sic finis est principium totius.et ideo est ibi necessitas conditionis ex fine. quia si finis erit vel est.tunc necessario erit id quod est ante finem .aut est. Si aūt id quod est ante finem.aut non sit sic vel sic ꝫm q̄ exigit finis.tunc non est finis . Sicut in disciplinis bene sequitur destructiue. si non sit conclusio necessaria non erit id quod est ante conclusionem.quod est principium conclusionis necessarie. Ita etiam sequitur hic destructiue.si non sit materia in necessitate debita tunc non erit finis. Sed cõstructiue necessitas materie non est causa finis q̃uis in disciplinis necessitas principioꝝ sit causa necessitatis ꝯclusionis. Sicut eñ̄ se hñt ꝑncipia in speculabilib⁹ siue in ordine ad ꝯclusiones.ita in agibilib⁹ finis se hʒ ad efficientē.qꝛ finis in talib⁹ est ꝑncipium sicut premisse sunt principia discursus syllogistici.

Queritur In quo differūt finis in physicis ⁊ principia in speculabilibus Solo.quia finis non est principium cognitionis.sed actionis siue operationis.sed in disciplinis sunt principia cognitionis et non actõnis.eo q̄ finis est forma actõis ⁊ intellectus opatiui.⁊ ꝑmisse sunt forme intellectus speculatiui

Arguitur Dictum est superius q̄ premisse sunt causa materialis conclusionis.ergo conclusio erit finis ⁊ forma.et per ꝯsequens conclusio in disciplinis debet esse principium sicut in his que fiunt ab arte vel natura.

Solo Alberti premisse accipiūtur dupliciter. Uno modo quo ad suas extremitates.⁊ sic possunt dici aliquo modo causa materialis conclusionis Alio modo accipiūtur vt premisse.hoc est cum inclusione medij quod est causa vnionis extremitatum inter se in conclusione. et hoc modo sunt quasi formales ad conclusionem ⁊ conclusio est effectus earū ⁊ non finis. sunt tamen in hoc etiam similes materie.quia in eis potentialiter est scientia cõclusionis. Et ex isto patet q̄ iuxta assignatam differentiam in artificialib⁹ et physicis ex vna parte.⁊ in disciplinis ex altera.necessitas in his que fiunt procedit a fine in omnia alia. Et ideo si erit domus.supposita.necesse est hec materialia fieri aut existere presentialiter vel esse futura. Et loquendo vniuersaliter si finis supponatur necesse est existere materialia vniuscuiusq̄ʒ finis.sicut si domus esse vel fore supponatur.necesse est lateres existere in tectis ⁊ lapides in fundamentis.non tamen finis est propter illa.si finis vocetur causa finalis.sed si vocetur causa disponens.tunc bene potest dici propter illa.quia si materialia non essent sub dispositione debita vniuersaliter tūc non esset finis.sicut domus non est si ligna ⁊ lapides non sint. nec serra erit

si ferrum dentatum non est. quia etiam in disciplinis bene sequebatur si cō-
clusio non est. nec principia sunt necessaria. Ex quibus omnibus patet ꝙ
et si materia sit necessaria ita ꝙ ea non disposita nō esset res tamen ratio ne-
cessitatis sumitur a fine

Queritur Quō phus comparat scientiā demonstratiuā ꝛ res na-
turales quo ad pncipia necessitatis Solo. dicit ꝙ sicut
pncipiū necītatis in demōstratiuis est definitio sumpta a forma rei. ita pnci-
pium necessitatis in reb naturalibus est ratio siue definitio sumpta a fine.
et quia forma ꝛ finis coincidūt. ergo vna est definitio ꝛ vnum principium.
quod est principium necessitatis in demonstratiuis ꝛ physicis. Semꝑ em̄
scitur res per terminos essentiales in quibus est suum esse. Hos autē dat
finis qui est ipsa forma. et ergo definitiones sumuntur a fine. sicut in secun-
do de anima dicetur Et istud patet primo in artificialibus. quia ibi tota ne-
cessitas oritur a fine. quia si domus huiusmodi est id est cooperiens ab im-
bribus et saluans diuitias. oportet hec materialia ex necessitate sic fieri. et
esse presentia. et hoc est in arte que imitatur naturam inquantum potest.
In arte vero que iuuat naturā qualis est ars medicine sic est. quia ex hoc
ꝙ sanitas socratis est talis oportet hec materialia sic fieri ex necessitate ꝛ cē
sicut purgationes sudores ꝛ huiusmodi. Eodem modo si homo est talis
ſm materiam. oportet vtiqꝫ esse ea que sunt ante ea materialia. sicut humo-
res. et si humores sunt oportet conuenire elementa ad mixturam. et sic sem-
per posterius est causa propter quid est prius. et ergo a fine ratio necessita-
tis sumitur ꝛ definitio in physicis

Queritur Utrū in definitionib physicis recipiat materia. Solo
nō ſm potentiā suā subiectiuā. sed ſm potentiā forma-
lem formabilē. ꝛ sic dicit phus in fine istius libri ꝙ in definitiōe q̄dam ptes
sunt vt materia. q2 spēs physica definit ꝑ genus ꝛ differentiam. ꝛ genus est
forma naturalis q̄ nō est nisi in materia generali. ꝛ sic posito genere sequitur
necessitas materie in genere. Differētia aūt vltima est ꝓpria forma ꝛ ad istā
ꝯsequtur ꝓpria materia. et hoc mō dictū est ꝙ forme physice sunt ꝯcepte cū
materia. Exemplū est. vt si hō definiat nō ponet in eius definitiōe materia
sed ad vtrūqꝫ definientiū supponit ꝛ ꝯsequit necītas materie. q2 si aīal est ne-
cessario est materia aīalis. et si rōnale ꝛ mortale est opꝫ esse materiā corpis
ad mediū ꝯplexionis inter oīa corpa magis excedentē. Definitiōes ꝟo
metaphysice ꝛ mathematice nō ꝯcipiūt materiā pdicto mō. q2 si quis dica-
mus triangulū eē nō ꝯcipit alicuius forme generalis vel specialis ad illud
esse materia. Et eodē mō est de definitiōe ipsius recti

Queritur Utrū verū sit qd dictū est ꝙ necessitas in reb naturali-
bus sumat ex fine Solo sic. q2 necessitas que ē in alijs
causis resoluitur ad necessitatē finis.

An physic demōstrat ꝑ oēs cās. ḡ necītas sumēda erit ex oīb cau-
sis Solo alb. licet oēs cause necārie sint ſm ꝯstitutiōem si de-
beat res naturalis ꝯstitui. cālitas tū aliaꝝ ē ꝓpter finē. q2 materia sic vel alit
disponit ꝓpter talē finē intētū. vt ꝑus declaratū fuit i artificialib ꝛ physicis

Ar Prius non sumit necessitatem suam a posteriori. sed finis est oibꝫ causis alijs posterior. g Sol'o. Quis finis posterior sit in executione. est tñ ꝑor in intentõe. et qꝛ via executionis resoluitur in viam intentionis que est prior ſm viam causalitatis. ideo necessitas aliarum causaruꝫ resoluitur in necessitatem finis

Ar Corruptiones rerũ naturaliũ sunt necessarie necessitate naturali et tamen nõ possunt reduci ad necessitatem finis Sol'o. Quis corruptio nõ reducatur ad bonũ nature particularis siue ad bonũ illiꝰ qđ corrũpitur. reducitur tamẽ ad bonum nature vniuersalis. qꝛ salus vniuersi non posset esse nisi aliqua corrũperent. qꝛ aĩalia non possunt saluari nisi corrumpantur plante

Sequitur Tercius liber physicoꝝ

Circa initium tercij libri physicorũ Arestotelis Querit primo de quo determinat in hoc tercio libro. Solutio phylosophꝰ in hoc tercio determinat de passionibꝫ intrinsecis corporis mobilis. que sunt motus ⁊ infinitum. Et diuiditur in duos tractatus. In primo determinat de motu. In secundo de infinito

Querit Quotuplex est passio. Sol'o duplex. sꝫ intrinseca et extrinseca. Intrinseca dicitur que est subiectiue in eo cuius est passio originem habens ex intrinsecis ꝑncipijs subiecti. sicut motꝰ et infinitũ ꝯueniũt rebꝫ naturalibꝫ ex eoꝝ ꝑncipijs. Extrinseca que non est subiectiue in eo cuius est passio. sicut locus ⁊ tempus. qꝛ locus est subiectiue in corpore locante ⁊ non in locato. et tempus est in ꝑmo motu. tñ vt mensura applicat extrinsece rebꝫ tꝑalibꝫ.

¶ De Motu.

Querit Utrũ physicus habet ꝯsiderare de motu. Sol'o sic Et hoc probat tali rõne. quia physicus habet ꝯsiderare de natura. ergo habet ꝯsiderare de motu Consequentia patꝫ. qꝛ natura est ꝑncipium motus. ergo ignorato motu necesse est naturã ignorare

Querit Quotupl'r capit natura Sol'o dupliciter Uno mõ formaliter. et sic ignorato motu necesse est ignorare naturam. qꝛ sic sunt relatiua. qꝛ natura habet se tunc vt principium. ⁊ motus vt principiatum Alio modo materialiter. et sic non est verum. quia tunc natura potest esse ⁊ cognosci sine motu.

Ar Ignorato posteriori non est necẽriuꝫ ꝑus ignorare. sed motus est posterior natura. ergo motu ignorato nõ est necesse ignorare naturam Sol'o. Quis ignorato motu nõ est necesse ignorare naturã a ꝑori et simpl'r. tamen necesse est ignorare naturam quãtum ad eius propriuꝫ ⁊

essentialem actum quo se manifestat. et a posteriori.

Queritur Utrũ physicus habeat cõsiderare de infinito loco vacuo et tpe Solutio sic. rõ est. qr physicus hz cõsiderare de motu. sed motus ẽ de genere cõtinuoꝝ. sed de rõne suie definitõne cõtinui est in infinitũ. Quia infinitũ est tam in cõtinuo ꝙ̃ in numero sz infinitũ in numero causat ab infinito in continuo et ita definientibꝫ continuũ multotiens accidit vti infinito.

Queritur Quare dt phs ꝙ definientibꝫ cõtinuũ multotiens contingit indigere infinito Solutio Alberti. Quia continuũ est multipliciter definibile. Quia si ɔsiderat inq̃tũ habet formã p diuisionem ab eo nõ auferibilẽ et tunc infinito egemꝰ in eius definitõne. Quia sic ɔtinuũ est qd est diuisibile in semp diuisibilia qr diuidentia semp manent in forma et rõne diuersa Si vero attendat natura eius ẽm ꝙ ad terminũ cõem ptes copulant tunc nõ indigemꝰ infinito in eiꝰ rõne. sed cõtinuũ est in cuiꝰ medio est accipe punctũ ad quẽ copulant ambe medietates Quia igit in definitõne cõtinui pmo mõ ponit infinitũ ita ɔ̃iter dicet in tractatu de infinito. Et qr impossibile est motũ esse sine loco et tpe loco aũt accidit vacuũ sicut multi phoꝝ dixerunt licet em non oĩs motus sit localis tñ omne qd mouet est in loco et omnẽ motum mensurat tps. cum tps sit minus motus ideo in quarto libro oportet determinare de tpe. Etiam secũda rõ est ẽm phm. Quia omnia p̃dicta sunt omnibꝫ rebꝫ naturalibꝫ cõia Quia et si infinitũ non sit actu est tñ potentia. et est in finito sicut in subiecto et silr vacuũ est in pleno ẽm qd q̃dãmõ habet esse priuatiuũ et ideo oportet primo speculari de his.

Queritur Quare phs prius determinat de motu ꝙ̃ de infinito Solutio quia motus est cõior ꝙ̃ est infinitum. g pus determinat de eo ꝙ̃ de infinito.

Queritur Quomodo phs inuestigat definitõnem motꝰ Solutio per tres diuisiones. Quarum prima est. Entium aliud in actu. aliud in potentia. Ens in actu dicit quod iam habet formam Ens in potentia dicitur quod est in potentia ad eam sicut est materia. Secunda diuisio est. Entiũ in actu aliud est substantia. aliud quantitas. aliud qualitas. aliud adaliquid et sic de alijs predicamentis. quia quodlibet predicamentorum est ens in actu vt substantia est ens in actu. quantitas ẽ ens in actu et sic de alijs. Tercia diuisio est. Eorum que dicuntur adaliquid quedam dicuntur ẽm superhabundantiam et defectum vt duplum et dimidium. Alia ẽm rõnem actiui et passiui vel vniuersaliter moti et mobilis Et ista vltima diuisio adaliquid fit ratiõe sui vltimi fundamenti. quo mediante innascitur substantie. quod est actio vel passio. Et illa sunt triplicia quia quedam fundantur in ipso exercitio actionis et passionis vt calefacere dicitur respectiue ad calefactũ siue calefieri. Alia in actione preterita id est q̃ egisse sicut relatio patris et filij. quia ille dicitur pater qui genuit filiuz et nõ q̃ generat. Alia fundantur in potentia agendi sicut relatio domini ad seruum.

Querit Quot sunt fundamenta relatōnis Solutio tria. scʒ quātitas qualitas. actio ꝛ passio. duplū ꝛ dimidiū fundatur in quātitate. simile ꝛ dissimile in qualitate. ꝛ paternitas ꝛ filiatio in actione ꝛ passione.

Querit Quomodo motus cognoscit̄ ex istis tribus diuisionibus Solutō ex pma cognoscit̄ ꝙ motus est ens ī potentia. Ex scd̄a cognoscitur ꝙ est reducibilis ad pdicamentum. Ex tercia ꝙ consistit in quadā compatione mouentis ad motum.

Querit In quo pdicamento est mot⁹ Solō mot⁹ ē in eodē pdicamento cū suo termino ad quē. qꝛ vt dī phs motus nō est preter res. Et p ista phs excludit duos errores Prim⁹ ꝙ mot⁹ esset ante pdicamēta quasi aliqd existens extra ea. Secūdus est ꝙ mot⁹ esset supra pdicamēta tanꝗ genus. scd̄m excludit p hoc qd̄ dī ꝙ cōe his nullum est accipe. pmū vero excludit cum dicit ꝙ neqꝫ motus neqꝫ mutatio est extra pdicamenta cū nihil sit extra ea ꝛ ergo est motus eiusdem essentie cum suo termino ad quem. Exemplū ē vt alteratio ē in gn̄e q̄litatis. qꝛ scʒ suus termin⁹ ad quē ē q̄litas. Calefactio ē in eodē pdicamēto cū calore qui est eius terminus ad quē ꝛ augmentatio in gn̄e q̄titatis.

Querit Quotupliciter accipit̄ motus Solutio duplicit̄ vno modo cōiter vt extendit se ad mutatōem ꝛ motū ꝓprie dictū ꝛ sic inuenit̄ in q̄ttuor generib⁹ scʒ in gn̄e substātie. in gn̄e quātitatis in genere qualitatis. ꝛ in genere vbi. qꝛ generatio ꝛ corruptio sunt in genere substantie. Alteratio in genere qualitatis. augmentatio ꝛ diminutio in genere quātitatis. Et loci mutatio ī gn̄e vbi Alio⁹ accipit̄ specialiter ꝛ sic inuenit̄ in trib⁹ generib⁹ solū. scʒ in quātitate qualitate ꝛ vbi. ꝛ sic accipit̄ eū phs in quinto physicoꝝ vbi dicit ꝙ solum reperit̄ in trib⁹ generibus. primo modo loquit̄ de eo in ꝯposito ꝛ in postpredicamentis.

Ar Motus est quiddā successiuū. sed terminus eius ad quē est pmanens. ergo non identificāt̄. Probat̄ quia terminus ad quē mot⁹ ē qualitas ꝛ vbi. sed talia sunt permanentia Solō motus ꝛ terminus ad quē sunt idem essentialiter. differūt tn̄ penes diuersos modos essendi.

Querit Quō reducit̄ ad pdicamēta sm̄ similitudinē ipe motus Solō phi sicut in quolibet gn̄e repitur aliqd vt pfectū. ꝛ aliqd vt impfectū. ita etiaʒ in oī gn̄e mot⁹. Quia in genere qd̄ ē substantia inuenit̄ generatio tanꝗ quiddam perfectū ꝛ corruptio tanꝗ impfectū. In genere quantitatis inuenitur augmentatio tanꝗ perfectū ꝛ diminutio tanꝗ iperfectū Et in alteratōe ꝓcedit̄ qn̄ʒ ad formā perfectam qn̄qꝫ ad imperfectam sicut motus calefactionis est ad formam perfectiorem ꝗ motus frigefactōis. Et in motu locali eodem modo sunt sursum ꝛ deorsum. Et ergo dicit p. ꝯclusiue ꝙ tot sunt species motus quot sunt species entis ꝛ debet intelligi per motum acquisibilis.

Querit Que est prima definitio motus quā p. infert ex predictis Solutio est entelechia id est actus entis in potē

tia fm q in potentia siue fm q hmoi sicut alteratio e actus &c. Et exponit illa definitio fm venerabilē dnm Albertū. est actus entis. id est forme fluentis in motu qui est in mobili subiectiue. & sic regit ille gtūs entis ex vi effectus cause formalis. Uel fm btm thomā actus entis id est subiecti. & fm eundem regit ille gtūs entis ex vi demonstratōnis essentie

Querit Quō pbat phs istā definitōnem motus. Solutio pbat eam p ptes scz fm tres pticulas quas habet. Primo q sit actus. Secūdo q sit actus entis in potentia. Tercio probat illaz particulam fm q hmōi.

Querit Quō pbat phs q motus sit actus. Solutio illud e actus quo aliquid denominatur esse in actu. sed per motum aliquid denominatur in actu. ergo motus est actus. Minor probatur exemplariter. quia alteratio est actus alterabilis. edificatio actus edificabilis. & vnūquodqz denoiatur tale fm q est sub motu.

Queritur Utrũ infinitũ reptũ in cõtinuis fiat per quẽlibet modum diuisionis continui Solo vt prius nõ. Quia sũt duplices partes continui siue magnitudinis diuisibilis. scilicet i partes eiusdẽ proportõnis et quantitatis similiter et partes eiusdẽ proportõis tm. Si loquimur de primis ptibus que sũt in eadẽ proportione et quãtitate equali. tũc diuisio necessario stabit. Exemplũ ẽ vt si quis accipiat lineã decẽ pedũ et diuidat per decẽ partes eqles vel per duo eqlia vel tria necessario stabit diuisio. Quia omnis magnitudo finita tota remouetur per diuisionem quando omnes partes separantur ab ea que aliquotiens sunt in ea. Et si quis velit diuidentia vlterius diuidere nõ poterat sumere per diuisionẽ silia in proportõe illis prioribus ptibus illo adiecto quod sint etiã equalia in quãtitate. Et hoc luce clarius sic patet. Quia si quis

diuidat decimã partẽ linee decẽ pedũ que pars iuxta hypotesim sumpta est per diuisionem tunc potest illa iterum diuidi in decem partes siue in decimas sed manifestũ est cuilibet ꝙ non sunt ille decem partes siue decime equales partibꝫ decẽ siue decimis prime diuisionis que erant in linea decẽ pedum accepte. ⁊ ergo semꝑ stat diuisio qñ sumũtur partes eiusdem ꝓportionis et quantitatis. ⁊ nõ ibit ĩ infinitũ sed tota magnitudo necessario cõsumit. Si vero loquamur de partibꝫ eiusdẽ ꝓportõnis sed nõ quantitatis equalis tunc nunꝙ stabit diuisio sed ꝓcedet in infinitũ. Exemplũ est in linea decẽ pedũ si illa diuidat̃ ſm quãcunꝗ ꝓportõnem scꝫ sub dupli vł sub tripli ⁊ sic de alijs tunc quelibet pars potest diuidi in suas subduplas sub triplas. in eadem ꝓportione que nõ sunt tamẽ equales in quãtitate partibꝫ ꝑme diuisionis. Qꝫ aũt quelibet pars accepta per diuisionem pt̃ diuidi in partes eiusdem ꝓportionis licet nõ eiusdem quantitatis patꝫ q̃a quelibet pars ex quo est continua habet in se partes in eadem ꝓportõne licet nõ in eadem quãtitate. ⁊ ergo tales ꝓportionabiliter ꝑ diuisionem etiã in infinitũ possũt accipi. Et sic infinitũ ẽ in diuisione cõtinui ⁊ nõ aliter q: est ĩ potentia in diuisione respectu accipienti posterius ⁊ nõ est in actu puro ⁊ simplici sed potius in illo actu vt dictũ est qui in se cõducit ⁊ ostendit potentiã sicut dies ⁊ agon sunt actu. Et talis potentia est sicut potentia ipius materie. que materia est infinita ⁊ principiũ infinitatis. sed finitas est sicut forma et ideo infinitũ nõ est per se. sicut finitũ. Et sic ambo infinita in hoc conueniunt ꝙ sunt in potẽtia. ⁊ nõ in actu. sicut dicimꝰ diẽ ⁊ agonẽ esse in actu.

Queritũ quomodo infinitũ ſm appositõnem est in numeris. Solutio pħi potentialiter ⁊ vt dictũ est idem est quodãmodo infinito per diuisionẽ. Quia in vtroꝗ ẽ aliq̃d recipe extra. respectu cuiꝰ dicit̃ infinitũ. Quascunꝗ eñ partes receperimus ꝑ diuisionẽ adhuc aliq̃d est extra diuisionem prius factam. quod potest accipi per diuisionem sequentẽ ⁊ hoc est addibile prius acceptis que dicta sunt per diuisionem factam in cõtinuo. Tamẽ in continuis nõ est accipere magnitudinẽ que oẽm magnitudinẽ determĩatam excellat. ⁊ sumptã licet in diuisione excellat omne determĩatũ ꝗtũcũꝗ paruũ. ⁊ sit minus q̃ adhuc potentiale ẽ accipi per diuisionem Impossibile eñ est ꝙ in magnitudine. respectu maioris accipiendi ⁊ addendi prius accepto cõtinue sit potẽtia ad infinitũ. Qꝛ si esset potẽtia respectu maioris talis nõ acciperet̃ ꝑ diuisionem. Qꝛ maius determĩato nõ accipit̃ per diuisionem. sed oportet ꝙ intelligeret̃ addi ⁊ cõtinuari ad magnitudinem prius acceptam. ⁊ hoc nõ est possibile esse nisi cõsideremus ꝙ infinitũ nõ est per accidens sed per se ⁊ actu puro sicut quidã physiologi id est de naturis loquentes. dicũt ꝙ infinitũ est extra totũ corpꝰ mundi ⁊ extra vltimũ celũ. cuiꝰ substãtia est aer vel aliud corpus simplex sensibile. sed hoc nõ est verũ ⁊ ideo etiã nõ est verũ. ꝙ corpus cõtinuũ in addendo maius sit infinitũ ſm potentiam. Sed infinitũ q̃ est in additione in numeris est per cõtrariũ. ad modũ diuisionis in infinitũ que est in continuis. Exemplum huiꝰ est si nos accipiamus magnitudinẽ finitam q̃ vocatur a b ⁊ diuidamus ipam in duo media in c. Et iterum diuidamꝰ vnã eius medietatẽ que est a c in duo media. Et vnam illaꝝ addimꝰ ad me-

dicitatem illius addamus poꝛib' partib' acceptis sic diuidendo nunq̄ ꝯsu memus continuū. ita etiā taliter addendo nunq̄ ꝑueniemus ad totum q' numerus in se claudat oēs partes que fuerūt ꝓus in linea diuisa. sed partes numerate semꝑ paucioꝛes sunt q̄ fuerūt ptes linee ꝓme. ꝛ ideo diuisio in ꝯtinuis ꝛ additio in numeris in infinitū currūt.

Queritur Quare plato posuit duo infinita. Solō. ꝓpter causaꝫ predictam. q: videbat infinitum fieri ex diuisione ꝑ diminutionē ꝛ ex additione. Sed additōem nō dixit esse ꝑ collatōem discretoꝝ sed potius per extentōem ꝯtinui in maioꝛem q̄titatem in infinitum. ꝛ hoc fuit vnū de erroꝛib' suis. Secūdū fuit q: cum diceret duo esse infinita. non vtebat̄ ſm veritatem nisi vno quod ꝑ diuisionem est in ꝯtinuo. q: in numeris non dixit esse aliquod infinitum. q: numerus respectu minimi dixit stare ad vnitatem. et in hoc verū dixit. et in augmento dixit stare numerū incurrentem ad decem. ꝛ ex denario reiterari per numeros compositos. ꝛ h̄ scōm fuit falsum in quo peccauit plato in pōne infiniti

Queritur Quo causatur infinitum quod est in additione numeroꝝ. Solō alberti in quadā disgressione ex infinito quod est in diuisione ꝯtinui. quia vbi non est diuisio materie ibi non est numerus. Et hoc ostendit trib' rōnibus. Prima sumit̄ ex multitudine que est in numero. Numerus vt dicit Boetius nō surgit ex eodem iterato. sicut si dicatur marcus est vnus tullius est vnus. cicero est vnus. ex tali iteratione non surgit numerus ternarius sed vnus. sed si fiat collectio vnitatuꝫ diuersarum continue infertur ꝛ colligitur numeri pluralitas. sicut si dicat̄. petrus est vnus. paulus est vnus. ꝛ iohannes est vnus. continue infertur q' illi sunt in numero ternario. Manifestuꝫ autem q' omnia sic numerata sunt sub aliquo vno vniente ea cui competit diuidi in ea ꝑ accidens. cuꝫ tamen per se ea vniat sicut petrus paulus iohannes sunt tres homines. ꝛ homo asinus leo sunt tria animalia. ꝛ animal lignum lapis. sunt tres substantie coꝛpoꝛee. et nūq̄ potest aliquid numerari si nō accipiatur aliquid vniens quocūq̄ modo ea que sunt numerata. vniens autem in eo q' vniens non est principium pluralitatis sed potius illud quod plurificatur sub illo. ¶ Alia rō est. idem est principium indiuiduationis ꝛ numeri. sed indiuiduationis ꝓncipium est materia que facit formā esse hic ꝛ nūc. eo q' forma vniuersalis est vbiq̄ ꝛ semꝑ q̄tum est de se. Et ideo materia ꝑ hoc q' diuisa in multis indiuiduat causa est numeri. ¶ Tercia ratio sumit̄ ex nomine numeri. dicitur eñ numerus ſm latinam linguam nutus memeris. id est diuisionis. sic numerus idem est q' nutus diuisionis. hoc est nutus ad diuisionem. Forma autē de se nō diuiditur. sed integra manet. sicut forma generis est in qualibet specie ꝛ forma speī in quolibet indiuiduo. ꝛ ille forme diuiduntur per differentias. ꝛ ergo phus in q̄nto metaphysice dicit q' ideꝫ est differre numero ꝛ materia

Arḡ Numerus est ante cō tinuitatem. ergo infinitas in numero nō causatur ab infinitate que est in magnitudine. Antecedens pꝛobatur q: numerus est simpliciōr continuo. eo q' simplicius habet ꝓncipium quod

est vnitas cui pũctus superaddit positõem in cõtinuo Sol'o alber. q̃ numerus ꝛ magnitudo possunt dupl'r ↄsiderari. Uno modo in ordine ad eorum ꝑncipia. ꝛ sic argumentum ꝓcedit. Alio modo numerus ↄsiderať ꝑm esse qd̃ habet in reb⁹ numeratis. ꝛ sic causaťa diuisiõe ↄtinui ꝛ discretio sua est post ↄtinuitatẽ. vt etiam supra dictũ fuit

Queriť. Quare in ↄtinuo nõ est augmentũ in infinitũ sicut est diuisio in infinitũ Sol'o alber. q̃ꝫ extensio actiua est ipsius forme extendentis materiã ad q̃titatem in qua valet exercere suas operationes. Et huius signũ est in corporib⁹ animatis que augmentãtur in q̃bus primũ augmentans quod nõ augmẽtatur est forma. ꝛ id quod augeť est pars ꝑm formam ꝛ nõ ꝑm materiã. ꝛ auget ad q̃titatem ꝑm materiam determinatã ꝛ nõ vltra. sicut in libro perigeneseos diceť. Qꝫ aũt sic fit extẽsio in corporib⁹ animatis demõstratur. quoniã forma facit extensionem in omib⁹ alijs. facit aũt eam ꝑm ꝓportões qua vniuersales forme ꝛ potẽtie ei⁹ valent exerceri in tanto ꝛ non in maiori. Et ideo forma extẽsionis ponit terminũ ꝛ finem vltra quẽ nõ licet ꝓcedere. forma aũt causa est finitatis ꝛ terminationis ꝛ omnino quanti. ꝛ ergo nullum q̃tum ꝑm naturam potest dici infinitum et ergo dicit phus scd̃o de anima q̃ omnium natura ↄstantiuꝫ est certa rõ augmenti ꝛ decrementi

Queriť Quare numer⁹ nõ crescit in infinitũ ꝑ diuisionẽ sicut cõtinuũ. Sol'o alber. q̃ꝫ in numeris ꝑncipiũ esse numeri est vnitas. ꝛ illa est formalis in numeris. ꝛ q̃ꝫ formali indiuisibili ꝑficitur numeri aggregatio. ideo ꝑ diuisionẽ stat ĩ vno indiuisibili. quia vero aggregatio fit ex partib⁹ diuisi materialibus. ideo infinitatur numerus in additione ꝛ cremento sue pluralitatis.

Queriť Utrũ infinitũ hꝫ infinitam potentiã Sol'o alb. sicut infinitũ est ita hꝫ potẽtiã infinitã. est aũt infinitũ nõ ꝑm formã sed ꝑm materiã. ergo hꝫ infinitũ potentiã materialẽ. potẽtia aũt materialis est ꝑm quã est fieri ꝛ nõ facere. ꝛ ideo potẽtia infiniti est infinities fieri et nihil facere. ideo peccãt qui dant infinito de quo est hic sermo diuinã potestatem. q̃ꝫ nihil est adeo debile sicut infinitũ. ꝛ ideo nullo modo est diuinum Sed si esset infinitũ in extensione hoc haberet potentiã infinitã. sicut si ignis esset infinitus eius causalitas esset infinita. q̃ꝫ ille potentie naturales crescũt ꝑm crementa suoꝝ subiectorum

Queriť Quot sunt definitões infiniti. Sol'o phi. due sunt Una est antiquoꝝ ponentiũ aliqd̃ infinitũ in actu. ꝛ est ista. Infinitũ est cuius nihil est extra. id est infinitum est illud cuius partes si quis accipiat ꝑ numerum vel mensuram nulla earum est extra ipsam. Sꝫ hoc modo nõ potest definiri. quia si haberet omnia sua intra se tũc nõ esset infinitum respectu alicuius accipiendi per diuisionem in ↄtinuis ꝛ respectu addendi in numeris. sed esset respectu accepti. ꝛ sic infinitum esset finituꝫ quod est incõ ueniens. Et ergo secũda definitio que est ↄtraria ꝑme est ista q̃ infinitum est cuius semꝑ est aliquid extra accipe.

Queritur Quomodo philosophus probat definitionem illam secundam Solo. per signum. quia anulus et circulus dicuntur esse infiniti. quia nunquam accipiuntur in termino sui quando semper eadem ratione accipitur aliquid post illud in quo dicuntur terminari. Annulus tamen et circulus dicuntur solum infiniti secundum similitudinem et non secundum veritatem. In annulis enim continue accipiendo non semper ea que accipiuntur sunt altera secundum substantiam sed solum secundum situm circulationis. et multoties eadem secundum substantiam si sequitur repetatur acceptio. Sed illud quod continue accipitur in infinito extra primum acceptum per divisionem oportet aliud esse per substantiam et nunquam esse prius acceptum sed accipiendum posteriori divisione continue facit infinitum et hoc nunquam priori divisione fuit acceptum. quia posteriori divisione semper accipitur pars minor quam fuit accepta prius. Et sic infinitum secundum unam definitionem est cuius partes secundum quantitatem accipientibus semper est aliquid extra prius acceptum accipere.

Ar. Illud quod est accipiendum per divisionem semper est in continuo. ergo inconvenienter dicitur quod infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere. Antecedens patet. quia nisi esset in continuo tunc ipsum continuum non esset in infinitum divisibile. Solo aliter. licet sit accipiendum extra ipsum continuum quod dividitur. tamen ipsum accipiendum nunquam est idem ipsi accepto. et pro tanto intelligitur definitio quod semper est aliquid extra accipere. quia semper pars accipienda minor est parte prius accepta. eo quod continuum non potest dividi in infinitum secundum partes eiusdem proportionis et quantitatis. ut supra patuit

Queritur Quomodo philosophus improbat definitionem antiquorum dicentium infinitum esse cuius nihil est extra accipere Solo sic. quia ipsa conveniunt opposito ipsius infiniti. Quod sic ostenditur. quia convenit toti et perfecto. quia totum est cui nihil deest de his que ad suum complementum pertinent. hoc enim modo dicimus hominem qui est res naturalis totum. et archam que est res artificialis totam. Sicut enim totum est in rebus singularibus que sunt partes universi. sic et ipsum omne sive mundum dicimus totum. quia proprie totum est cum nihil est extra simpliciter et absolute. sed omnia habet intra se et cuius est aliquid extra non omne vel totum est cum aliquid desit ei. Totum enim et perfectum aut sunt idem penitus aut proxima sunt secundum naturam. Subiecto penitus sunt idem. quia quicquid est totum est perfectum. et quicquid est perfectum est totum. Secundum rationem vero differunt. ut in primo de celo etiam dicitur. quia perfectum est quod iam attingit finem qui est complementum et perfectio eius. Totum autem est quod est integratum ex omnibus suis que continentur in ipso sub forma sua. Perfectum igitur nullum est quod non habeat finem. Finis autem terminus est et terminat illud quod perficit. Cum igitur infinitum dicatur a privatione termini et finis. ergo nullum infinitum est perfectum vel totum. et ergo melius dixit parmenides quam melissus. quia cum poneret esse totum unum et imobile noluit dicere quod esset infinitum cum hoc quod dicebat ipsum esse totum et omne. Sed melissus dixit totum esse ens et cum hoc infinitum. ut in primo huius dictum est. Dicebat autem parmenides quod totum erat per hoc quod extremitas equaliter distabat a medio. et ideo intra eam omnia concludebantur. Dixit enim quod non erat abire in infinitum contiguando corpus ad corpus rectitudinis sicut si ligaretur linum ad linum sicut dixerunt plures philosophorum.

Querit̃. Que est dignitas ⁊ eminentia quã dicentes erronee infinitum esse totum ⁊ ꝑfectum dederũt infinito Solꝰ phi. dixerũt ipsum oĩa ꝯtinere ⁊ in seipso habere. Causa autem dicti eorũ fuit. qꝛ similitudinem habet cum toto. qꝛ ipsum est materia ⁊ subiectũ totius. qꝛ infinitum est materia ꝑfecte magnitudinis ſm ꝙ magnitudo ꝑfecta est que terminata est ꝑ diuisionẽ vel dimensiones. Talis eĩ magnitudo ꝑ ea que potentia sunt in ipsa subijcitur infinitati. et ideo infinitũ quod ex materia est infinitum potentia totum est. sicut materia in potentia habet terminatõem. actu tamen nõ est totum ſm se. diuisibile eĩ est ſm diminutionem ꝯtinue faciendam. ⁊ sic infinitum est ſm appositõnem que fit ad prius acceptum in numero. ⁊ ideo neqꝫ totum est neqꝫ finitũ est ꝑ se. sed ꝑ formaꝫ perficientem.

Querit̃. Que sunt ergo ꝯditões que vere ꝯueniũt infinito Solꝰ phi. ꝙ ipm ꝯtinetur ⁊ nõ ꝯtinet inqꝫtum est infinitum. Et ex illo seq̃tur ꝙ est ignotum. qꝛ oĩe quod cognoscit̃ ꝑ se per formam ⁊ finem cognoscit̃. infinitũ aũt ꝑ ꝓuatõem finis dicit̃. igit̃ est ignotuꝫ. Et ex isto sequitur secunda ꝯditio ꝙ ipsum magis habet rõnem partis qꝫ totius. ex quo rõ partis est imperfecti. sicut materia pars est totius ⁊ es statue. qꝛ infinitum nõ ꝯuenit nisi ſm materiam. Et sic licet plato bene in hoc dixit ꝙ posuit infinitum esse in magno ⁊ paruo ſm ꝙ sunt materia omnium tñ in hoc simpl'r errauit ꝙ dixit illa ꝯtinere oĩa sensibilia ⁊ intelligibilia. h̃ est formas intelligibiles vt ideas separatas ⁊ formas sensibiles. que sunt in indiuiduis Cum eĩ infinitum sit ignotũ ⁊ interminatũ nõ potest terminare ⁊ facere nota ea que noscũt̃. Cõtinens aũt est terminãs ⁊ notificans. ergo si infinitũ ꝯtinet sensibilia ⁊ intelligibilia. ipsuꝫ terminat ⁊ notificat vtraqꝫ. ergo ꝯtinet ⁊ notificat intelligibilia hoc est formas sensibiles que sunt in indiuiduis ⁊ intelligibilia que plato dixit esse principiũ generationis ⁊ scientie. ergo ignotum facit cognosci ea que sunt principiũ omnis noticie siue scientie ⁊ generationis. qđ est impossibile. ergo impossibile est infinitũ ꝯtinere Ex istis etiã seq̃tur ꝙ nõ sit aliqua magnitudo actu infinita. sed in diuisione est infinitas. qꝛ ipsa p̃t semꝑ crescere ꝑ diuisionem in minus. sed in maius stat. quare aũt in numero est status ꝑ diuisioneꝫ in vnitate dcĩ est ꝓus

Querit̃. In quibꝰ reperitur rõ infiniti Solꝰ. in motu. magnitudine. ⁊ tempore. sed ꝑ ꝓus ⁊ posterius. Et rõ est. quia sicut ista se habent ad quantitatem ita se habent ad rõnem infiniti. sed quãtitas reperitur in istis analogice. ergo etiã infinitas. ꝓus eĩ participat rõnem infinitatis magnitudo que est infinita ꝑ diuisionem. qꝛ et si quelibet diuisio accepta sit finita. cum dependentia ꝯtinui ad diuisionem est infinita Et huius sil'e est in materia. que nulla forma finitur ꝑ diuisionem. quin dependentiã habeat ad illam formã. ⁊ ita etiã ꝯtinuũ nunqꝫ sic finitur per diuisioneꝫ quin diuidentia ſm potestatem diuidendoꝝ maneant ad vlteriorem diuisionem ex materia ⁊ potentia materiali ꝯtinui. Et ab illo est infinituꝫ in numeris. eo ꝙ collectio numeri semꝑ dependet ad ea que diuidi possunt ex cõtinui diuisione segregante partes continui. ita ꝙ sicut nulsqꝫ possunt accipi

omnes partes cōtinui per diuisionem ita nunq̄ pt ɔsiderari numerus qui nūerat ɔtinuū ꝑ collectōem ptiū acceptarū ꝑ diuisionē. ⁊ q̄r ista duo sūt simpliciter species quantitatis. ḡ simpliciter participant rōnem infiniti. Motus aūt est infinitus per posterius q̄a scȝ magnitudo que mouet̄ vel in qua est motus est infinita siue ille motus sit localis siue alteratio. siue augmentatio ⁊ diminutio. Tempus vero est infinitū per motū cuiꝰ ipm est numerꝰ.

Queritur Quō mathematici vtunt̄ infinito Solō phi illi supponūt quoddā infinitū esse in extēsione augmēti ſm imaginationem. ⁊ ergo non sequit̄ ex illo ꝙ sit aliqua magnitudo actu infinita. Quia mathematici non indigent in sua scia magnitudine actu infinita. Quia nō accipiūt quantitatez ſm esse qđ habet in rerū natura sed ſm imaginatōem. Et ꝓcedunt ſm potestatem imaginatōnis cōponentes figuras ⁊ angulos ⁊ non ſm potestatē rei imaginate. ⁊ sic licet eis protrahere ſm imaginatōem lineas quantascūq̄ ⁊ vtunt̄ infinito quod deseruit imaginationi. Alia rō est q̄r maxime magnitudini inest secari sicut parue et sic q̄ntū ad vim demonstratōnis nihil differētie est vtrū demōstratio fiat in parua vel in magna linea vel in infinita ⁊ ideo negatio infinita in actu non impedit ɔsideratōnem mathematicoꝝ. sed tñ q̄a accidit mathematicā lineam diuidi ꝓpter hoc ponit mathematicus ɔtinuū in infinitū numerū ꝑ aggregatōnem crescere.

Queritur Que est rō ꝙ cōtinuū pt in infinitū diuidi Solutō alberti. Quia cōponit̄ ex cōtinuis ⁊ ideo cū diuidi sit passio quanti ⁊ nulla ꝓpria passio destruit suū subiectū ideo diuisio nunq̄ tollit formā quantitatis a cōtinuo. Quia igit̄ forma cōtinui manet in diuisis ⁊ diuidentibꝰ ꝓpter ꝓcedentes efficit̄ in potentia ad vlteriorē diuisionē ⁊ ideo diuidit̄ in infinitū. Si aūt diuisio separet formā cōtinui a continuo tūc aliqua forma ꝑ exercitiū sue potestatis essentialis destrueret̄ ex quo de rōne forme continentis est exercere esse diuisibile sed hoc ē incōueniens igit̄ continuū semper manet in infinitū diuisibile.

Queritur Ad qđ genꝰ cause reducit̄ infinitū Solō phi ad materiam. ⁊ q̄r ſm nomē đr a ꝑuatōne finis oportet ꝙ esse ipsius sit ꝑuatio. Et q̄a nō est actu sed est passio quanti finiti oportet ꝙ subiectū ipsius sit quantū ⁊ sensibile corpus. Et istud ꝓbat phs. Quia oēs antiqui phi vtuntur infinito tanq̄ materia. ꝓpter qđ etiam dicunt ꝙ inconueniens est ipm cōtinere cū materia nō contineat sed cōtineat̄.

Queritur Cuiꝰ passio ē ꝓprie infinitū Solō Alberti nō ē materie tāq̄ subiecti ꝓximi passio sȝ ē passio quanti. Quia quāta ē ꝓximū subiectū eiꝰ nō aūt oīs materia quāta ē diuisibilis sȝ q̄daȝ est indiuisibilis a sua naturali forma. Quia materia corporū celestium nullo modo potest separari a forma sua. ⁊ ergo materia quanta in illis non est ſm materiam diuisibilis. Et si mathematici dicant eam diuisibilem hoc solū est ſm modū imaginatōnis ⁊ non nature ⁊ etiam q̄r ad diuisionē imaginariam sufficit q̄ntitas in materia intelligibili ⁊ sic mathematici vtuntur

aliter diuisione in infinitū q̄z materiales. Materia aūt ƀm actū diuisibilis ē materia corporū sensibiliū determiata q̄litatib9 actiuis ꝛ passiuis. ꝛ sic sub iectū diuisionis realis ē corp9 sensibile. ꝛ ergo manifestū est ꝙ ad physicū spectat de infinito determinare.

Ar Nullū corp9 physicū sub forma physica diuidit̄ i infinitū. ḡ physici nō ē determiare de infinito. Aūs ꝓbat̄ q2 ē dare minimā carnē i specie carnis q̄ minor neq̄t dare ꝛ sil'r minimū os ꝛ sil'r est de alijs homogenijs. ḡ diuisio i infinitū nō ꝯuenit corpi physico ꝑ hoc ꝙ ē physicū sꝫ ꝑ hoc ꝙ ē q̄ntū. ꝛ hoc ē ƀm intellectū añ physicā formā. ḡ ꝑtinet phi vl' mathematici ꝛ nō physicē de infinito determiare Sol'o Alberti physica corpora homogenia nō diuidūtur sub formis suis subalib9 in infinitū ita ꝙ rō diuisionis sit a tali forma physica sꝫ physic9 nō solū ꝯsiderat formas subales physicas sꝫ mensurā quātitatis ꝯsiderat, put ē termin9 corpoꝝ physicoꝝ ꝛ q̄a materia physica relata ad illas mensuras in infinitū sꝫ diuidi ƀm ꝑtātem diuisi corporꝫ ꝛ nō tm̄ ƀm imaginatōem iō de infinito hꝫ physic9 determinare.

Querit̄ Quō ph̄s soluit rōnes ꝓbātes infinitū esse Solutio ꝑmo soluit eā que dicebat ꝙ necesse esset infinitū in actu esse si generatōnes deberēt in infinitū durare. eo ꝙ oꝫ in q̄libet generatōne accipe nouā materiā. si ergo nō esset materia infinita generatio non semꝑ duraret. Ad quā rōnē dicit ꝙ hoc nō est necessariū. quia nō oportet in generatōne accipe nouā materiā que nunq̄ȝ fuit sub aliqua forma. sed ex hoc in corpib9 simplicib9 est indefitiens generatio. quia generatio vni9 est corruptio alterius ꝛ ecōuerso cum tamen oīa elementa circulariter generata sint finita.

¶ Secūda rō fuit Anaxa. dicētis mundū ideo esse infinitū. Quia componit̄ ex infinitis sese ꝯtingentib9 sicut si filū filo copulet̄. Et arguit sic. Oē corpus finit̄ aliquo alio. quocūq̄ȝ ergo corpe dato dicimus ꝙ illud finit̄ alio et iterū illud alio ꝛ sic in infinitū ꝛ ꝑ ꝯñs habebit̄ ꝙ sit infinitū in multitudine corporū vel deuenieт̄ ad aliquod corpus qđ ꝯtinet ꝛ nō ꝯtinet̄ ꝛ tūc hoc corp9 erit infinitū. q2 non finit̄ alio. Ad quā rōnē dr̄ ph̄s ꝙ falsum ē ꝙ oē corpus qđ finit̄ aliquo alio ꝯtinente finit̄. Quia dr̄a est inter finiri ꝛ tangi Quia finiri dr̄ absolute. ꝛ tangi respectiue. ꝛ habent se sicut superius ꝛ inferius. Quia oē qđ tangit̄ finit̄ sed nō ꝯuertit̄. Quia vltimū celū finit̄ ꝛ nō tangit̄ aliquo corpe se ambiente. ꝛ sic vltimū celū termiat̄ termio sibi essentiali ꝛ nō hꝫ terminū extra se. Oē tn̄ qđ hꝫ terminū extra se ad quē terminat̄ hꝫ etiā terminū sibi essentialem intra se ꝛ nō cōuertit̄ q2 vltimū celum vt dictū est termiatur sua superficie nō tn̄ hꝫ aliq̄d extra se terminās ꝛ ābiens ipm. Infinitū aūt nec tāgit nec finit nec finit̄ ꝛ iō nō ē alq̄d extra se tangēs cōpatū nō eīm qđlibet tāgit quodlibet sed potius termiat id cui9 vltimū est cū suis vltimis vl' vltimo. ꝛ quia infinitū nō habet vltimū neq̄ȝ vltimū. ergo nec tangit nec abaliquo tangitur.

Querit̄ Que est quinta rō quā post hoc soluit ph̄s. Solutio fuit hec mathematici imaginant̄ infinitū esse extra celuꝫ ergo extra celum est vnū infinitū. Ad quā dicit ꝙ imaginatōni nō est cre-

dendū. Quia infinitum nō accipit̃ ſm poteſtatem imaginatōnis ſed potius ſm poſſibilitatē corporis phyſici ⁊ ideo talis exceſſus quē geometer imaginatur non eſt in re ſed in intelligētia imaginata geometri querētis quātitatem demonſtrabilem. Poteſt em̄ vnuſquiſq̧ imaginari q̧ habeat q̄ntitatem centū pedū vel plurium ⁊ poteſt ſic intelligere ſtaturā ſuā ſed ex hoc non ſequitur q̧ ſic ſit in re.

Querit̃ Quomodo ſoluit phs finaliter rōnes ſumptas ex motu ⁊ tempore ⁊ magnitudine et numero in calce iſtius libri Solutio ille rōnes cōcludunt neceſſario aliquid eſſe infinitū actu aliquo modo. ſed actus ille vt ſupra dictū fuit eſt ſicut dies ⁊ agon. In tempore em̄ ⁊ motu eſt infinitum per diuiſionem ipo accepto non permanente eo q̧ motus ⁊ tempus non habent in partibus ſuis permanentiam ⁊ fit illa diuiſio mot⁹ ⁊ temporis ꝑ intellectum ſiue mentaliter quia in ſe tempus et motus non ſecantur. ſed intellectus accipit priorem partē motus in priori parte ſpacij ⁊ poſteriorem in poſteriori ⁊ ſic etiam eſt de tempore q̄ nunq̄ in eo ſm rem fit interruptio licet cōtingat accipere nunc imaginariū diuidens ipm ſicut in quarto dicit̃. Magnitudo aūt non eſt infinita diuiſione ita q̧ intelligentia ſit cā infinitatis ſed potius eſt infinita diuiſione ita q̧ materia ſit cauſa infinite diuiſionis ⁊ non eſt infinita magnitudo in extenſione vt dictum fuit. Numerus aūt eſt infinitus appoſitione.

Similiter aūt neceſſe ē

Iſte eſt quartus liber phyſicorum In quo phus tractat de paſſionib⁊ extrinſecis corporis mobilis. que ſunt loc⁹ vacuū ⁊ tempus. Et primo de loco qui eſt menſura et paſſio rei mobilis. poſtea de tpe qd̄ eſt menſura motus Et q̄a vacuū habet ſe ad locū. ſicut ꝑuatio ad habitū prius determinat de loco q̄ de vacuo. Dicit ergo ſic q̧ ſimiliter neceſſe ē phyſicū ꝯſiderare de loco. ſicut de infinito. Quia loc⁹ ē vnū de ꝯſequētib⁊ motū. ⁊ iō oportet ipm cognoſcere in ſcia naturali. Illud aūt qd̄ inquirendū ⁊ ſciendū ē de loco eſt An locus eſt vel nō eſt ⁊ ſi eſt quō eſt ⁊ aut quid eſt.

Ar Locum eſſe ē cuilibet manifeſtū ergo nō debet ad hoc adduci probatio Sol'o Alberti licet locū eſſe ſit notū. ⁊ iō nō d₃ ad hoc eſſe probatio tamē ex dubitatōne que circa loci quiditatē ſurgit etiā dubitat̃ an oīno nō ſit locus. ⁊ ergo pmo inquirendū ē an locus ſit

Querit̃ Que paſſio dr̄ intrinſeca Sol'o vt in ꝑncipio tercij dictum eſt paſſio dr̄ intrinſeca q̄ eſt in eo ſubiectiue cui⁹ eſt paſſio. ⁊ talis. paſſio eſt motus de quo dictum eſt in ꝑcedenti. quia ſubiectiue eſt motus in corpe mobili cui⁹ eſt paſſio ſicut riſibile eſt ſubiectiue ī homīe. S₃ paſſio extrinſeca dr̄ q̄ nō ē ſubiectiue in eo cui⁹ ē paſſio. ⁊ de talibus paſſionib⁊ agit̃ ī hoc q̄rto cuiuſmodi ſūt loc⁹ vacuū ⁊ tps. ꝓprie tñ nō ē

tempus passio extrinseca quia est subiectiue in p̄mo motu sed poti⁹ dicit᷑ extrinseca mensura quia sic adiacet motibus istoꝝ inferiorum.

Ar Omnis passio est in eo cui⁹ est passio. sed locus est passio corporis mobilis. ergo erit in corpe mobili subiectiue. ꝛ ꝑ ꝯsequens dicetur passio intrinseca Solutio maior solum habet veritatem de passione intrinseca. Jam loc⁹ vt dictũ est ē passio extrinseca.

Ar Locus est accidens quoddã cum sit de genere quãtitatis. sed accidens nõ potest esse sine subiecto. ergo locus est subiectiue in corpe mobili cui⁹ est passio. Solutio locus cũ sit accidens est vtiqꝫ in aliquo subiecto scꝫ in corpe locante. sed nõ est in eo vt passio. cũ non sit passio locãtis corporis. sed solũ corpis locati cui⁹ est extrinseca mensura.

Queritur Quot rõnibus ꝓbat ph̃s ꝙ locus sit. Solutio tribus. ¶ Prima est illud est qđ est cõe oĩbus entibꝫ naturalibus sed sic est de loco. Minor ꝓbatur q̃a omne ens naturale est ĩ loco. Et hoc ꝓbauit autoritate antiquoꝝ sic arguentiũ qđ n õ est nusq̄ꝫ est ergo quod est in aliquo loco est. Non ens dicebant illud esse qđ non habet esse rarum in natura sicut illa que sunt sola imaginatõne sicut hircoceru⁹ qui grece dicit᷑ tragelaphus ꝛ chimera que phylax appellat᷑ nõ eñ ista sũt alicubi. q̃a non sunt nisi in phantasia faciente cõpositõnem phantasticam ex partibus aĩalium que sunt diuersarum specierũ. Multi tñ vt inq̄t Albertus cõcedunt ꝯñs hui⁹ ꝯñe licet sciant nõ valere ꝯñam. eo ꝙ arguitur a destructõne antecedentis ad destructõem ꝯseq̄ntis. Quia ꝛ si verum sit ꝙ id qđ nõ ē nusq̄ꝫ est. tamẽ nõ sequitur ꝙ id quod est alicubi est. Quia intelligẽtie q̄ nõ sũt q̄ꝫte nõ sũt alicubi ꝑ naturã suã ¶ Secũda rõ ē motus localis est ergo locus ē. Añs patet quia illo motu mouent᷑ tam corporea superiora q̄ꝫ inferiora ergo. ꝯña ꝓbatur. Quia motus localis nõ est sine loco sic ergo nunc sufficit ꝙ antiqui ꝓbant locum asse ꝛ constat per effectum nature qui est motus ipm esse aliquid ad hoc ꝙ sciatur ꝙ physicum cum necesse est facere tractatũ de eo. Qꝫ aũt habet physicus de eo determinare ¶ Tercia ratione sic ostenditur. quia ars ꝛ virtus sunt circa difficilia sed locus habet multas difficultates. igit᷑ minor ꝓbatur. Quia multas habet dubitationes quid sit locus in tm̃ ꝙ dubitatõnes tales faciunt antiquis talem credentiam ꝙ locus nihil sit. Quia si cõsiderauerim⁹ oĩa que dicũtur esse in loco tũc nõ videt᷑ nobis loc⁹ esse idem ẜm rõnẽ definitiuã in cõi ẜm oĩa locata eo ꝙ aliter ē in loco mixtũ aliter simplex aliter celũ aliter elemẽta ꝛ aliter supi⁹ celũ ꝛ inferi⁹ nomẽ igit᷑ loci ē ambiguũ iõ defenri nõ p̃t in cõi. Quia definitio illius nec diuisione nec cõpositõne acceptorũ ꝑ diuisionẽ p̃t inueniri quia diuisum non erit eiusdẽ rõnis ad diuidentia. Etiã rõ difficultatis est q꞉ nihil ꝑ antecessiones est bene de loco p̄dictũ et ergo necessariũ fuit physicũ de oĩbꝫ istis tractare.

Queritur Quot rõnibꝫ ꝓbat ph̃s locum ~~non~~ esse Solutio tribus ꝛ autoritate hesiodi poete ¶ Prima motus localis est ergo locus ē. Cõsequentia ptꝫ q꞉ sicut transmutatio ad formã ostẽdit materiam esse aliquid distinctũ a formis. ita etiã trãsmutatio ẜm locũ

pbat locũ esse quid distinctũ a locato videmus enĩ ꝙ vbi nũc est aer postea est aqua ipo eodem manente ⁊ saluato.

Ar Locus est equalis locato ⁊ configuratur eidē sed nō est vna quãtitas aeris aque vel figura corporũ mutatorum ad locuꝫ est eadem ideo locus videt corrumpi ⁊ nō manere idem qñ ex ipso mutat locatum. Solutio Alberti locus accipit dupliciter. Vno mō ꝭm essentiaꝫ suam. Alio mō ꝭm esse quō pcedit ab ipso circũscriptio locati qđ est in ipo. Si primo mō ꝯsequit tunc manet idem quia sic est superficies quedã corporis cōtinentis. Scđo mō absqꝫ dubio corrumpit. Quia sic habet cōparatōnem ad locatum ꝭm ꝙ ab eius circũscriptōe pcedit circũscriptio que est vbi sꝫ pmo modo nō corrumpit. Secũda ratio corpa naturalia ostendũt locũ esse. ergo locus est. Añs patet quia corpa naturalia naturaliter ferunt ad sua loca determinata dũmodo nō fuerunt prohibita. vtputa grauia deorsum leuia sursum ⁊ sic quantũ suscipit de forma a generante. tñ suscipit de loco eius ⁊ vnã ⁊ idem generans dando ei formã dat ei locum in quo cōpletur ⁊ saluatur forma illa ⁊ hoc modo videmus ignem ferri sursum et terram deorsuꝫ. hec aũt sunt partes formales loci ⁊ species loci i expositas formas ipsum locum diuidētes ⁊ sunt sex scꝫ sursum deorsum ante retro dextrum sinistrum.

Querit Utrum iste differētie siue distantie solũ differũt quo ad nos. Solutio phi nō sꝫ differũt in natura p oppositas formas. Quia si solũ differrēt quo ad nos tunc non semper idem esset dextrum sed illud ideꝫ nobis efficeret sinistrum. Quia vnũ ⁊ idē si nos cōuertamus ꝭm latera nostra diuersa ad ipm efficit aliquando nobis dextrum et aliqñ sinistrum aliqñ ante aliqñ retro ⁊ aliqñ sursum qñ nos sumus sub ipso ⁊ aliqñ inferius quando est sub pedibus nostris eo ꝙ super ipm ascēdimus. Sed in natura vnũqđqꝫ istoꝝ distinctũ est ⁊ determinatũ ab altero per formas oppositas non enĩ per causam cōtingentē est sursum qđ est sursum in natura. sicut illud qđ tñ est sursum per conuersionem corporis sed sursum est hoc vbi fertur corpus leuissimũ quod est ignis. Et similiter deorsum non est per causam cōtingentem sed potius hoc est ex natura deorsum vbi feruntur corpa terrea ⁊ manent habentia grauitatem. sicut ea q̄ non solum potentia differunt sed etiam potentia naturali qua congruunt hmōi locatis. Et sic patet ꝙ locus nō solum est quantitas sed etiam qualitas formalis inest illi quantitati que congruit naturis illoꝝ corpoꝝ q̄ mouentur ad ipsum ⁊ quiescunt in ipo. Qꝫ aũt sit locus tale q̄d ⁊ ꝙ habeat talem potentiã ostendũt ipsa mathematicalia. q̄a illa nō sunt in loco ita ꝙ locus habeat positōnem ad ipa. sicut ad corpora physica. ⁊ tamē ꝭm positōnem que est in cōparatōne ad nos habent dextra ⁊ sinistra ⁊ ideo differentia positōis eoꝝ nō ē nisi intellectualis sicut psa per solum intellectum sũt abstracta accipiuntur esse ⁊ non habent per naturam vnũquãqꝫ dictarum differentiarum positionũ. Quia si haberent eas per naturam tunc mouerent ad ipsas p naturã hoc aũt falsũ est. Et sic ipa mathematicalia oñdũt etiam locum esse incongruꝫ ipis per rōnem apprehensis cointelligit locus. q̄a intellecto corpe apprehendit habere etiam differentias positōis lꝫ nō eodeꝫ

modo sicut physica vt dictũ est ¶ Tercia ratio est vacuũ est. ergo locus est consequentia pbatur per definitõnem vacui.quia vacuum est locus priuatus corpore. Añs patet per antiquos qui posuerunt vacuum esse simpliciter et absolute. et ergo locus ẽ aliquid preter corpora locata. et omne sensibile sensu tactus videtur esse in aliquo loco. Et quo ad hoc Esiodi poeta recte videtur dicere. quando principium posuit chaos hoc est inane receptaculum Dixit enim primo in creatione mundi. deum fuisse chaos. et post hoc fecit terrã latam super aquas natantem et hoc dixit quia posuit quod corpora sensibilia primo indigent receptaculo in quo generentur et in hoc non male dixit. quia inferius dicetur quod locus simpliciũ est principium generatõnis. ipsorũ sed tamen errauit quia posuit illum locum vacuum esse et ipsum natura et tpe mundum precessisse. Error autem suus accidit ex eo. Quia putabat illam conũam conuerti et necessariam esse si illud quod non est in loco nõ est tunc omne quod est in loco est et sic dixit omnia esse in loco aliquo et in vbi aliquo que cõña vt supra dictum fuit non valet. Et si hec positio esiodi de loco esset vera tunc nedum locus esset sed mirabilis esset potentia loci cum enim mirabile sit quod sua potestate transit admirantem nihil esset adeo ad mirabile sicut locus. Quia potentia loci hoc modo esset omniũ prior et preuia omnibus principijs nature. Primũ enim in natura est sine quo nullũ aliorũ esse potest. et ipm potest esse sine omnib9 alijs et hoc conuenit loco secundum esiodũ. Quia secundum eum non destruitur locus oĩbus alijs destructis Sunt oĩa autem secundum eum in loco ergo non perditur locus secundum eũ omnib9 entibus pditis. Et ratio sui dicti fuit quia dixit eum esse vacuum separatum ab omnib9 que sunt sine quo etiam nihil entium fieri potest hoc aũt supra ostensum ẽ esse falsum et postea magis ostendetur

Queritur Quotupliciter sumuntur differentie positionis in reb9 Solutio Alberti vt prius dupliciter scz quo ad nos et quo ad naturam rei Tripliciter autem ponũtur quo ad nos. Primo per iuxtapositionem sicut aliqua columpna dicitur dextra que ponitur ad dextrã animalis et illa dicitur sinistra que ad sinistram animalis locatur. Quod autem illo modo non sumũtur differentie positõis secundum naturam pbat Albertus quia alias dextrum potest fieri sinistrum quia quod mihi modo est dextrum per motum meũ potest mihi fieri sinistrũ. vel ex motu ipsius columne. Secundo modo sumũtur per contrapositõnem sicut patet de imagine in speculo quia illa pars imaginis dicitur dextra que directe et diametraliter opponitur nostro sinistro. Tercio ponũtur per similem positionem. sicut fit in statuis quia in illis hoc dicitur dextrũ quod similitudinem habet ad dextrum nostrum. Differentie vero positõnis secundum naturam rei sumuntur penes diuersas contrarias virtutes existentes in diuersis partibus eiusdem rei et sic sumũtur diuersimode in celo in corporibus elementaribus et in animalibus sicut diffusius dici habet in principio secundi libri de celo et mundo.

Queritur Quomodo phylosophus probat locum non esse Solutio sex rationibus ¶ Prima est zenonis. Si locus esset

vl' esse corpore⁹ vel incorpore⁹ Nō corporeus. quia tunc ad existentiam lo-ci sequeretur simultas duorum corporum ꝛ penetratio dimensionum. et tunc duo corpora etiam essent in eodem quod est impossibile Nec etiam incorporeus. quia locus ſm antiquos constat ex tribus dimensionibus. Etiam esset contra testimonium antiquorum. sed quod habet tres dimensiones hoc est corporeum. ergo locus non est incorporeus. Secunda ratio. Si corpus est in loco tunc termini corporis scilicet superficies linea et puncta erunt in loco. quia transmutato corpore de loco. transmutantur et ista. sed punctus non est in loco. quia si punctus esset in loco tunc locus puncti esset punctus. sed punctus ꝛ punctus non habent ad inuicē drām ꝛ distantiā cum vtrumqꝫ sit indiuisibile ꝛ indiuisibile additum in diuisibili non facit ipsum maius. vt patebt sexto huius. Et si locus puncti nō distinguit a pūcto. ergo nec loc⁹ superficiei a supficie. nec loc⁹ corporis a corpore ¶ Tercia ratio. Si locus esset vel esset elementum vel elementatum ꝛ quodcunqꝫ dicatur erit corporeum. Nec valet si dicatur ꝙ locus est incorporeus cum sit elementum corporeum. quia ex incorporeis et intelligibilibus elementis nulla potest magnitudo sensibilis constitui.

¶ Quarta ratio. quia vnumquodqꝫ in entibus habet aliquam causalitatem respectu alicui⁹ si ergo ponatur locus esse erit de numero quatuor causarum. vel ergo erit materia. forma. efficiens vel finis. sed nullum istoꝝ potest dici. ergo locus nōn est. Minor probatur non est materia. quia materia est intrinseca ei cuius est. ꝛ insepabilis ab eo cuius est re salua manente. Etiam ex loco non fit res sicut ex materia. sed locus est extrinsecus et sepabilis. Nec etiam forma. quia forma est principium constituendi rem in specie. si ergo locus esset forma. tunc omnium quorum vnus esset locus esset vna forma vel species. Nec etiam efficiens. quia locus est terminus motus localis. ergo non efficiens a quo est motus. Nec etiam finis. quia locus potius est propter rem locatam ꝙ̄ res locata sit propter locum. ergo non est finis.

¶ Quinta ratio. Si locus esset tunc loci esset locus. sed hoc est falsum ergo locus non est. Sequela patet. quia omne quod est. est in loco. si ergo locus esset esset in loco ꝛ per consequens loci esset locus. Sed hec ratio fuit zenonis probantis locum non esse.

¶ Sexta ratio si locus esset tunc locus esset mobilis. sed hoc est contra rationem loci cum locus sit immobilis. ergo locus non est. Sequela patet. quia res locata est mobilis ꝛ potest augmentari ꝛ diminui. ergo necesse est ꝙ locus augmentatur ꝛ diminuatur ad augmentationem ꝛ diminutionem corporis locati. Et concludit Arestoteles hic ꝙ difficile sit scire an locus sit vel non sit.

Ar Locus est physice consideratōnis. ꝑ locus ē mobilis. Cōseqntia patet qꝛ oia q̄ in physica ꝯsiderātur habebūt ordinē ad subiectū qđ ē corpus mobile. ꝑ ꝛc Solutio licet locus non sit corpus mobile tamen bene est quedam proprietas siue passio alicuius corporis mobilis ꝛ sic i obliquo corpus mobile de loco verificatur.

Queritur Quomodo soluit phs has rōnes Solutō soluit eas in fine hui⁹ tractatus demptis duab⁹ scꝫ tercia ⁊ quarta. Et dicit ꝙ oēs iste rōnes innituntur falso fundamento. ⁊ facile soluunt̄ q̄a in eis presupponit̄ ꝙ locus sit spaciū dimensionatum qd̄ falsum est Si eñ locus esset spaciū dimensionatū. tunc rōnes iste cōcluderent sed hoc est falsum. ergo rōnes iste false sunt.

Queritur Quare tunc phs non soluit alias duas rōnes scꝫ terciam ⁊ quartam Solutio ideo quia ille rōnes dicunt ꝙ locus sit elementū vel elementatū causa vel causatuꝫ. sed nullus antiquorum dixit ꝙ locus esset aliqd̄ istoꝝ. Et quia phs hic ꝓcedit ex dictis antiquoꝝ et ꝯtra antiquos. ergo non soluit istas duas rōes scꝫ terciā ⁊ quartā

Queritur Utrū locus sit materia vel forma. Solutio ꝙ nec ē forma nec materia. sed tamē phus arguit ad vtranqꝫ partem. Et ꝓbat primo ꝙ locus sit forma. scd̄o ꝙ sit materia. Qꝫ loc⁹ sit forma ꝓbat sic phs. Locus continet forma ꝯtinet. g̊ locus est forma. forme eñ est cōtinere ⁊ potentialitatem materie claudere sed hec rō Arestotelis facile soluit̄. quia peccat penes duplicem fallaciam. primo penes fallaciam equiuocatōnis. quia equiuoce continet ⁊ termiat locus ⁊ forma. quia forma continet ⁊ terminat intrinsece. Locus aūt extrinsece continet ⁊ terminat. peccat etiam penes fallaciam consequentis. quia arguit̄ ex puris affirmatiuis in secunda figura.

Queritur Quomodo ꝓbat phs ꝙ locus sit materia Solutō rōne ⁊ auctoritate. Rōne sic locus recipit. materia recipit. ergo locus est materia. ꝙ aūt materia recipit manifestū ē. qꝛ materia de se est indeterminata. ergo nata est recipere. Et ꝙ locus recipit clarum est. q̄a recipit corpus locatum. Autoritate aūt platonis ꝓbat sic. qꝛ dixit plato in timeo ꝙ materia sit pandoxeos. id est locus formarū ⁊ sic dixit materiam esse locum. Sed hec rō ꝓbans locum esse materiam etiam facile soluitur sicut p̄cedens peccat eñ penes fallaciam equiuocatōnis. quia equiuoce recipit locus ⁊ materia. Locus eñ extrinsece recipit. materia intrinsece. peccat etiam penes fallaciam cōsequentis. q̄a arguit̄ ex puris affirmatiuis ī secunda figura.

Queritur Quomodo ꝓbat phs ꝙ locus nec sit materia nec forma Solutō quinqꝫ rōnibus ¶ Prima rō q̄a loc⁹ p̄t separi ab eo cui⁹ est re ip̄a salua manente. sed materia ⁊ forma non possunt separi remanente salua. ergo locus nō est materia neqꝫ forma. Maior ptꝫ quia locus est sicut vas. sed vas potest separi a re contenta ⁊ econuerso. g̊. ¶ Secūda rō. q̄a alius modus loquendi sumit̄ ex parte loci. ⁊ alius ex parte materie ⁊ forme. ergo locus nō est materia vel forma. Añs patet. quia ex parte loci dicimus corpus aliqd̄ esse hic vel ibi. sed ex parte forme vel materie non dicimus corpus hic vel ibi esse. imo ex parte forme dicimus corpus esse ⁊ ex parte materie dicimus hoc esse ¶ Tercia rō ⁊ ꝓcedit contra platonē. Si locus esset materia vt voluit plato tunc sequeretur ꝙ idee eēnt

in loco. qd tamen plato negauit. qꝛ dixit ideas esse nusq̃. Sequela patȝ. qꝛ participatum est in participante. sed idee participant a materia. si ergo materia esset locus idee participate a materia essent in loco. ¶ Quarta rõ. si locus esset materia vel forma sequeret vnum istorum incõuenientiũ. scȝ q̧ vel res naturales essent immobiles. vel q̧ loci erit locus. Sequela patȝ. qꝛ res illa dꝛ immobilis localiter que est in suo loco naturali. si ergo materia vl' forma esset locus. res naturalis habẽs materiã ⁊ formã erit in loco suo. ⁊ per ꝯsequens erit immobilis. Si aũt hoc nõ obstante dicat res moueri localiter. tũc sequeret q̧ loci erit locus. qꝛ quod mouetur est in loco. si ergo materia ⁊ forma que dicũtur locus dicãtur moueri erũt in loco. et loci erit locus. et sic esset ꝓcessus in infinitũ. quod implicat. ¶ Quinta rõ. corrupta re naturali nõ corrũpitur locus. sed corrupta re naturali corrũpitur forma ⁊ etiã materia ſm idem esse materiale. ergo locus nõ est materia vel forma

Queritur Quot sunt modi essendi in ſm pħm in textu. Solꝰ octo. quorum primus est. quo pars integralis est in suo toto. q̃uo paries est in domo ⁊ digitus in manu. Secũdus est quo totũ integrale est in suis partibꝫ. q̃uo domus est in tecto pariete ⁊ fundamento. qꝛ totum vniuersaliter sumptũ non est ꝑter partes suas. ¶ Tercius est quo spẽs est in genere. sicut homo in aĩali. ¶ Quartus quo genus est in specie et vniuersaliter sicut id quod est pars essentialis spẽi in definitionẽ spẽi est. partes aũt spẽi sunt genus ⁊ differentia. ⁊ sic aĩal est in homine. ¶ Quintꝰ est sicut sanitas est in ꝯplexione calidorum ⁊ frigidorum. ⁊ vniuersaliter sicut forma est in materia. ¶ Sextus quo res est in causa efficiẽte dictus ſm metaphorã. sicut regimen et gubernatio grecoꝝ est in rege grecoꝝ. ¶ Septimus quo res est in fine sicut in suo optimo. sicut virtꝰ in beatitudine. ⁊ iste modus est magis vicinus vt dꝛ Albertus octauo modo q̃ ꝑcedens ¶ Octauus est quo locatũ est in loco. q̃uo vinuȝ dꝛ esse in vase. Et iste modus est ꝑncipalissimus. et de eo est hic ad ꝓpositum solum. quia valet ad ꝑscrutandum definitiõem loci. sub quo mõ octauo ꝯprehenditur. scilȝ q̃n aliquid est in tempore. qꝛ locus habet talem ꝯuenientiam cũ tempore q̧ ambo videlȝ locus ⁊ tempus mensurant extrinsece. Et summãtur modi isti in his versibus. Insunt pars totũ. species genus. ⁊ calor igni. Rex in regno. res in fine. locoq̧ȝ locatum

Ar Plures sunt modi essendi in q̃ octo. Probat. qꝛ sicut est aliquis modus quo locatũ dꝛ esse in loco. sic etiam erit aliquis modꝰ quo aliq̃d erit in tpe. Solꝰ ille modus quo aliq̃d dꝛ in tempore ꝯprehenditur sub octauo mõ vt dictũ est. quia locus ⁊ tempus habent aliquã ꝯuenientiã in hoc eni ꝯueniũt q̧ ambo mensurant extrinsece ⁊ sunt passiões corporis extrinsece

Ar Est aliquis modus quo aliquid dꝛ esse in signo. sicut veritas in ꝓpositione. ergo erũt plures q̃ octo. Solꝰ. ille modus non est realis ⁊ ꝑfectus. ergo hic nõ ponitur. Vel dicitur q̧ non ꝓprie aliquid dicitur esse in altero sicut in signo. sed potius ad alterum vel ad signũ. qꝛ relatiuuȝ potius dꝛ esse ad correlatiuũ q̃ in correlatiuo

Querit̃ Utrum ſm vltimū iſtorum modorum vnū ⁊ idem potest esse in seipso. aut nihil idem in seipso esse potest. s3 omnia aut nusq3 sunt aut in alijs a seipsis. Solo. dupl'r dicitur aliquid esse in alio. Aut dicit' esse in alio ſm se. aut ſm alterum. siue ſm accidens. siue ſm partem. Primo modo est impossibile idem esse in seipso. Secūdo modo est possibile idem esse in seipso. Cuius rō est. quia ꝯtingit quandoq3 totū aliqd duas ꝯtinere partes ⁊ a qualibet earum denominari. et sic illud quod inest parti ꝯtingit sibi inesse ſm alterum. ⁊ sic totum dr̄ esse in seipso. Huius est exemplum. totus homo dicitur alb9 ꝓpter corpus album. ⁊ corpus dicitur album quia sup̱ficies est alba. Et totus homo dicit' sciens quia ratiocinatiuū eius est sciens. et sic cum homo ⁊ albu3 sint idem. ⁊ albū inest homini. cōtingit album inesse sibi nō per se sed p̱ alterum a quo totum denominatur. et hoc mō amphora vini est in amphora vini. Quia amphora vini potest accipi pro toto quod ꝯstituit' ex vino ⁊ amphora. Sicut trito sermone dicere solemus. iste habet decem dolia. ⁊ intelligimus ꝙ habet decem dolia vini. q2 dolium vel amphora ꝯsueuit accipi pro dolio vel amphora plena vinis. Totum ergo ꝯpositu3 ex dolio ⁊ vino nominat' nomine dolij. quod tamen solum est pars illius totius. Si em̄ queratur ab eo in quo sunt dolia sua. dicit ꝙ in vasis suis. quia accepit dolium p̱ vino mensurato per doliu3 et hoc dicit esse in dolijs que sunt vasa. et sic dicimus ꝙ aliquis potauit sex amphoras vini. ⁊ tamen manifestum est ꝙ non bibit vasa sed vinum quod est per vas mensuratum. Unde vinum denominatur nomine vasis. ⁊ sic cum tantum vinū est in amphora dicimus amphoram vini esse in amphora vini. Et sic ſm aliud ⁊ nō ſm seipsum dr̄ esse in seipso. Unde si queratur quantum vini est in amphora. respondere debemus ꝙ amphora vini est in amphora.

Querit̃ An aliquid potest esse in seipso primo Solo nō. quid aūt sit esse in seipso primo intelligit' ex opposito suo. sc3 nō esse in seipso primo. Et sic dicit phs ꝙ albū nō est primo in corpore. sed album dicitur esse in corpore quia est in superficie que est in corpore. Et similiter scientia nō est in homine p̄mo. sed est primo in anima. quia ratio disposita est ſm scientiam. ⁊ ſm has partes fiunt denominationes totius cu3 tamen partes sint. quia totus homo dicitur albus ⁊ sciens. Et eode3 modo amphora ⁊ vinum quādo sunt diuisa seorsum. ⁊ vinum nō est mensuratu3 per amphoram tunc nō sunt partes inuicem. vt dicatur amphora vini vinum. sed cum sunt simul ⁊ sunt mensurata vina per amphoram tunc sunt ambo vno nomine nominata quod est amphora. ⁊ tunc neutru3 est in se diuisum. ⁊ cum sic sint partes eiusdem pleni tūc erit quodāmodo idem in se ipso. quia totum plenū dicitur amphora vini. et iterū pars eius dicitur amphora vini. eo ꝙ vinū mensuratum per amphoram dicitur vini amphora. et sic vere dicimus ꝙ iste bibit amphoram vini. ⁊ tamen amphora ⁊ vinu3 sunt diuersa specie sicut superficies ⁊ albedo. Ex quibus patet ꝙ eē primo in alio est ſm se totum esse in alio. et hoc modo scientia non est in homine neq3 etiam albedo

Queritur Quomodo ostenditur quod non potest aliquid primo esse in seipso Solutio dupliciter. scilicet inductione et ratione Inductione patet in singulis modis essendi in. quia neque totum est totum sui ipsius. neque pars est pars suiipsius. neque aliquid est genus suiipsius. neque species suiipsius. et sic nihil est in seipso. ¶ Ratione vero ostenditur sic. quia tunc sequeretur quod idem esset continens et contentum. et oporteret vtrunque illorum esse vtrunque per definitionem. puta oporteret quod amphora esset vinum et amphora. et vinum etiam esset vinum et amphora. si vere et primum et per se idem esset in seipso. et sic amphora non caperet vinum per modum vasis continentis et mensurantis. sed potius inquantum ipsa per definitionem esset vinum. quia definitio sua esset definitio vini. nec vinum esset in amphora per definitionem propriam. vt liquor contentus et mensuratus ab amphora. sed potius inquantum idem esset amphore. sed ista sunt impossibilia. igitur etc.

Queritur An idem potest esse in seipso primo per accidens secundum illum modum quo dicitur aliquid esse in alio sicut in vase hoc est an idem secundum se totum potest esse in alio Solutio non. quia tunc sequeretur quod duo corpora essent in eodem loco. quia tunc amphora secundum propriam definitionem sumpta erit in seipsa per accidens. et iterum vinum erit in eadem. et sic in eodem loco erunt vinum et amphora. Quia illud cuius natura et ratio est esse receptiuum contingit esse in seipso. Et similiter illud cuius est ipsum receptiuum. sicut est vinum si amphora dicatur vini esse receptiua. sed impossibile est duo corpora in eodem loco esse per se vel per accidens. ergo idem non potest esse in seipso

Queritur Quomodo soluitur ratio zenonis superius mota de loco qua arguit si locus est tunc locus erit in loco. et ille iterum erit in loco. et sic erit processus in infinitum. Solutio phylosophi sic quia falsum dicit in hoc quod omne quod est in loco est. sed verum dicit in hoc quod dicit locum esse aliquid. et in hoc quod dicit ipsum esse in aliquo. sed non est in alio sicut in loco. sed est in alio sicut sanitas est in contemperantia calidi et frigidi. que est sicut habitus in equalitate complexionis. Et est in aliquo sicut color est in corpore qui est in eo sicut passio in suo subiecto. et vniuersaliter sicut forma est in sua materia. et ita locus est in alio sicut terminus et superficies in corpore terminato per superficiem. quia postea dicetur quod est superficies corporis continentis siue locantis.

Querit̃ Quot modis possunt motus ⁊ quietes contrariari Solꝰ tribus modis. vt phylosophus innuit in textu vt dicit albertus vno modo penes terminos tantum. vt motus ignis sursum ⁊ terre deorsum. tales enim sunt contrarietates ẜm locũ. quia ignis naturaliter fertur sursum terra deorsum. ⁊ sic ille due locimutationes sunt cõtrarie inquantum sunt ad contrarias differentias loci. Secũdo penes naturale ⁊ violentum tm̃. sicut motus ignis sursum. ⁊ motus terre sursum. Tercio penes vtrũq3 sc3 penes terminos ⁊ naturale ⁊ violentu3. sicut motus ignis sursum ⁊ motus ignis deorsum. ibi em̃ sunt ꝯtrarij termini

Querit̃ Utrum quietes motuũ habent se similiter sicut mot9 Solꝰ phylosophi sic. siue sint quietes vnius speciei siue diuersarum. et sic dictum est ꝙ quies sursum est contraria motui qui recedit ab ea qui est deorsum. quia si referantur ad idem mobile tunc quies que est sursum fit terre extra naturam. et motus qui est de sursum in deorsum fit ei ẜm naturam. quia in eis est duplex ꝯtrarietas. sc3 essentialis ⁊ accidentalis. q2 inq3tum sunt diuersarũ formaꝝ ꝯtrariant̃ essentialiter. inq3tũ vero differũt penes naturale ⁊ violentũ ꝯtrariant̃ accidentaliter.

Querit̃ Ex quo dictum est ꝙ quies violenta opponit̃ quieti naturali vtrum cuiuslibet quietis que non semper fuit sit aliqua generatio. id est vtrum quies violenta generetur sicut generatur quies naturalis. vocat aũt generationem quietis in proposito stare. Et phus primo arguit ad partem negatiuam. Secũdo ad affirmatiuã. Tercio soluit. Primam partem probat duab9 rationib9. prima est.. si quietis violente esset aliqua generatio. tunc sequeretur ꝙ motus precedens talem quietez et per quam acquiritur illa quies esset in fine velocior. quia quanto mobile magis accedit ad terminũ tanto velocius mouetur. sed istud est falsum. q2 motus ille quem comitatur quies violenta est in fine remissior. sicut pt3 de lapide proiecto. ergo non potest acquiri per generationẽ. ¶ Secũda rõ est si quietis violente esset aliqua generatio. tunc illud mobile quod ad talem quietem mouetur vel mouetur intentione quiescendi vel intentione redeũdi. nullum hoꝝ potest dici. ergo non est eius aliqua generatio. Minor patet non primum. quia illa quies non esset violenta sed naturalis. Non secũdu3 q2 sic idem diceretur moueri ꝯtrarijs motib9

Querit̃ An in motu ꝯtraria sint simul in eodem. ex quo dictu3 est ꝙ dum aliquid mouetur non statim abijcit terminu3.

a quo. sed aliquid retinet de illo Solō. non simpliciter nūc est inconueniēs contraria esse simul ꝭm esse remissum ꝛ ꝭm quid. sicut patet de calido ꝛ frigido in aqua tepida. licet simpliciter in eodem esse non possunt

Querit̃ Quomodo phus arguit ad partem affirmatiuam q̄stionis superius mote Solō sic. hoc quod quandoq̧ non est et quādoq̧ est videtur generari. ex quo generatio est ꝓgressio de nō esse ad esse. sed quies violenta q̄nq̧ nō est ꝛ postea est. ergo videt̃ generari

Querit̃ Quomodo phus soluit principalem dubitatiōem de generatione quietis. Solō sic. quia dupliciter dicitur aliquid generari. Uno modo per se ꝛ ꝓprie ꝑ causam effectiuam influentē aliquid. et sic quies violenta nō generatur. sed quies naturalis ex motu naturali generatur qui efficitur per naturam. Alio modo dicitur aliquid generari per causam defectiuam puta per defectum virtutis violentantis. qꝛ violentia ꝭm vigorem suum causa est motus violenti ꝛ ꝭm minimum posse suū est causa quietis.

Querit̃ Utrū motui naturali ignis sursum ꝯtrariatur motus ignis violentus deorsum vel motus naturalis terre deorsum Solō. ambo motus contrariantur. quia primi motus contrariantur ꝭm naturale et violentum. sed alij duo contrariantur ꝭm terminos tm̄. quia ambo sunt naturales. Secūdo dicit phus in fine huius quinti. ꝙ motus opponitur aliqualiter quieti nō ꝑfecte sicut opponit̃ motui. qꝛ mot⁹ opponitur motui ꝯtrarie. quieti vero ꝑuatiue.

Querit̃ Quid sit fatum. ex quo supra dictū est ꝙ sit aliqua generatio fatata Solō. est dispositio inherens reb⁹ mobilibus qua diuina prouidentia queq̧ nectit sub ordinibus q̄uo ipsū sit mobile q̄uo immobile ꝯsideratū in causa prima secūdarijs, vel istis inferiorib⁹ patꝫ in cōmentarijs huius libri ꝛ secūdi.

Finis Quinti physicoꝝ

Circa initium Sexti libri physicorum

☞ Queritur de quo determinatur in sexto physicorū Solō. de partib⁹ motus integralib⁹. sicut in quinto determinatum est de partib⁹ subiectiuis. Et diuiditur in tres tractatus. In primo phylosophus probat ꝙ continuum non potest componi ex indiuisibilib⁹. In secūdo ostendit hoc idem descendendo ad motum et quietem. ꝛ ad illa que pertinent ad motum. In tercio ꝛ vltimo tractatu ponit phylosophus opiniones antiquorum de motu.

Queritur Utrū ꝯtinuū pt̄ ꝯponi ex indiuisibilibꝫ Solꝰ nō Et hoc ꝓbat tripliciter. Primo ex definitionibꝫ ꝯtinui. Secūdo ex parte motus. Tercio ex parte tꝑis. Ex definitōnibꝫ ꝯtinui ꝓbat phus duabꝫ rōnibꝫ. Prima est. si ꝯtinuū esset ex indiuisibilibꝫ ꝯpositū. vel hoc esset ex indiuisibilibus continuis contiguis. vel consequenter se habentibus. sed nullum istorum potest dici. Non primū. quia continua sunt quorū vltima sunt vnū. sed indiuisibilis non habent vltima. quia vbicūqꝫ est vltimum ibi est alterum ab vltimo. quia vltimum dicitur relatiue ad ꝑmū si ergo haberet vltimū haberet primum. ⁊ sic non esset indiuisibile. Non secundum. quia contigua sunt quorū vltima se tangunt. sed indiuisibilia nō possunt se tangere. quia vel pars tangeret partem vel pars tangeret totū vel totum tangeret totum. sed nullum istorum potest dici. Probatur minor. non primū neqꝫ etiam secūdum. quia indiuisibilia nō habent partes. q2 quod habet partem ⁊ partem est diuisibile. Nec potest dici tercium. q2 tunc non fieret aliquod magis siue ꝯtinuum de cuius ratione est ꝙ habeat partem extra partem. sed quando totum tangeret totum non esset distinctio partium. Neqꝫ potest dici tercium. scꝫ ex indiuisibilibꝫ consequenter se habentibꝫ. q2 ꝯsequenter se habentia dicūtur inter que non mediat medium eiusdem generis. sed inter quelibet duo pūcta est mediū eiusdem generis. q2 inter quelibet duo pūcta est linea media. sed in linea sunt assignabilia puncta quia substantia linee est ex pūctis. et sic etiam inter duo nunc est tempus medium. ergo non habent se ꝯsequenter

¶ Secūda principalis ratio sumitur ex materiali definitione continui. que est ista. Continuum est quod natum est diuidi in semper diuisibilia Et sumitur ex ea sic ratio. ex eisdem res ꝯponitur in que resoluitur ⁊ diuidit͛. sed ꝯtinuum hoc diuiditur in semper diuisibilia. ergo componitur ex diuisibilibꝫ. et per consequens non potest ex indiuisibilibꝫ componi Minor patꝫ ex definitione continui statim data

Queritur Quomō ostendit phylosophus ꝙ inter quelibet duo puncta sit linea media. et inter quelibet duo nunc tempꝰ accipiendo puncta saltem in vna et eadem linea. et nunc in eodem continuo tempore. Solutio si puncta duo sint in eadem linea tunc oportet ea ſm situm distare si debent esse duo. quia non possunt esse duo ex parte subiectoꝝ sicut quando sunt in diuersis subiectis siue lineis. si ergo distant ſm situm ergo inter ea est medium. Aut ergo hoc medium est diuisibile vel indiuisibile. Si est indiuisibile tūc indiuisibilia habent se consequenter. quod est improbatum. et etiam sequetur ꝙ indiuisibile erit constitutum ex indiuisibili. quia medium oritur ab extremis. et hoc iterum est falsum ⁊ inconueniens. Si vero medium illud fuerit diuisibile. tūc vel diuidet͛ in indiuisibilia vel diuisibilia. Si primum tunc sequitur idem quod prius. Si secūdum tūc verum est ꝙ medium pūctorum ⁊ nūc est continuū. quia ꝯtinuū est quod est diuisibile in semper diuisibilia. q2 si ꝯtinuū diuideretur in indiuisibilia tunc indiuisibile tangeret indiuisibile. q2 in physicis ea que ꝯtinuantur sunt ea ꝗ primo se tangunt.

Ar Linea ē ex punctis. sed puncta sunt indiuisibilia. ergo ↄtinuū pōt ex indiuisibilibꝫ componi. Solutio linea nō cōponitur ex punctis tanq̄ ex partibꝫ integralibꝫ ꝛ q̄titatiuis. sed tanq̄ ex principijs originalibꝫ vt inquit Albertus. eo q̄ ſm eundē linea est ex punctis nō sicut ex partibꝫ ed ex quibus est indiuisibilitas eius per totam longitudinem ꝛ sic punctꝰ sest in linea vt forma. sed forma est pars essentialis nō q̄titatiua.

Ar Puncta sunt in linea. ꝛ nō videtur linea habere alias partes integrales. ergo videtur q̄ linea cōponitur ex punctis tanq̄ ex partibꝫ integralibꝫ. Solutio linea vtiq̄ʒ habet alias partes integrales q̄ puncta. q2 linea cōponitur ex paruis lineis.

Ar Ex illo sequeretur q̄ idem cōponeretur ex seipso quod est impossibile. Solucio idem non cōponitur ex seipso ſm q̄ idem est. sed ſm q̄ diuersum est. ꝛ sic parue linee ex quibus linea cōponitur habent se vt partes. ʒ linea habet se vt totum.

Ar Ex illo sequeretur q̄ esset processus in infinitū. Solutio q̄ hoc nō incōueniēs quia cōtinuū est diuisibile in infinitū ſm potentiā.

Queritur Quō ꝓbat phs q̄ magnitudo ꝛ motus eqnaliter se habent penes hoc q̄ est esse compositum ex indiuisibilibus. Solutio sic quia motus localis ē super magnitudinē siue spaciū. si ergo magnitudo cōponatur ex indiuisibilibus oportet q̄ necessario motus qui fit super illam magnitudinem componatur ex indiuisibilibꝫ momentis equalibꝫ indiuisibilibꝫ ex quibꝫ cōponitur magnitudo. quia motus sequitur magnitudinem. ꝛ prius ꝛ posterius in motu sunt a priori ꝛ a posteriori in magnitudine siue spacio.

Queritur Quomodo oñdit phs q̄ nō potest magnitudo esse cōposita ex indiuisibilibꝫ si super eā debet fieri motus. Solutio pmo duo presupponit. Primū est si alicui inest motus hoc mouetur. ꝛ e regione si aliquid mouetur illi inest motus. quia motus est accidēs et omne tale denomiat subiectū. Secūdū est necesse est illud quod mouetur non simul moueri ꝛ motū esse cuius causa est. quia motus est transitus successiuus. Quibus suppositis arguitur sic. Si magnitudo componatur ex indiuisibilibus partibꝫ significatis per a b c tunc motus qui fit super illā magnitudinē siue spaciū etiā necessario componitur ex indiuisibilibꝫ. ꝛ signentur ille per d e ꝛ ʒ. ꝛ sit mobile quod mouetur signatum p o. Tūc arguitur sic vel mobile qd̄ appellatur o mouebitur ad quamlibet partem indiuisibilem illius spacij vel super totum spacium siue magnitudinem. Non pmum. q2 aliqd nō simul mouetur ꝛ motū ē vt dicit scda suppositio. sicut nō sunt simul tpe ire ad thebas ꝛ itū esse ꝛ ire ad balneū ꝛ itū esse ad balneū. q2 si ille essent simul tūc cū aliqs incipit ire romā esset rome. Si g̃ mobile ponatur moueri in pmo indiuisibili scʒ a ex quo ꝛ alijs duobꝫ intelligitur magnitudo componi. tunc pmā partē motus significatā p d expedit in prima indiuisibili pte magnitudinis scʒ a oportet ergo iuxta hypotesim scdam statim repetitam q̄ prius sit in moueri q̄ in motum esse. ꝛ sic est in alijs partibus indiuisibilibꝫ spa-

cū 𝔷 partibus indiuisibilibus motus manifestum aūt est ꝙ cum mouetur transiuit spaciū aliqđ in quo nō fuit in motū esse. ḡ illa ps magnitudinis a cōposita est ex spacio qđ transiuit o mobile. 𝔷 ex illo in quo fuit in motū esse postꝗ̄ transiuit ipm. 𝔷 sic erit tale diuisibile qđ est ꝓpositum. 𝔷 sicut dictū est de primo indiuisibili magnitudinis 𝔷 motus ita 𝔷 de alijs eodem modo ꝓbandum, scꝫ ꝙ diuisibile erit in diuisibile in partem priorē in qua est in moueri 𝔷 in posteriorē in qua est in motum esse.

Queritur Quō ostendit ꝙ nō potest mobile quod est o moueri super totum spaciū siue totā magnitudinē que est a b c.

Solutio sic qꝛ tunc sequerent multa incōuenientia. Primū est ꝙ motus nō cōponeret ex motibꝫ sed ex mouērtibꝫ indiuisibilibꝫ. qꝛ positū est ꝙ motus consistat ex tribꝫ indiuisibilibꝫ ꝓportionatis tribꝫ partibꝫ spacij. 𝔷 hoc ē incōueniens. quia ex indiuisibilibꝫ nulla componit quātitas. Scdm inconueniens est ꝙ aliquid est motū quod tamē nunꝗ̄ prius mouebat. 𝔷 hoc est contra suppositōnem pmā superius positā. eo ꝙ omni illi quod motū ē inheret motus. Probat sequela q̄a ponit ꝙ aliquid sit motū per totā magnitudinem compositam ex indiuisibilibus quod tamē nunꝗ̄ transiuit ꝑ partes illius magnitudinis. 𝔷 sic o significans mobile transiuit magnitudinem totam 𝔷 nunꝗ̄ eandem transiuit ꝑm partem. 𝔷 tamē impossibile est aliquid transire totū spaciū nisi prius pertranseat partes illius spacij. Terciū incōueniens est ꝙ cōtinue quiescens mouet. 𝔷 sic simul mouet 𝔷 quiescit 𝔷 sil' quiescit 𝔷 mouet. Probat quia mobile prius signatū per o quiescit ꝑ vnūquodꝫ indiuisibiliū que sunt a b c que componunt totū spaciū 𝔷 mouet per totum vt iam dicit. ergo continue in oībus partibus quiescens per totū mouebit. et hoc est inconueniens 𝔷 apta cōtradictio ex quo totū ꝗ̄titatē habens non sit extra suas partes omnes. 𝔷 sic in toto quieuit 𝔷 non quieuit. Quartū inconueniens est si d e ꝫ que sunt indiuisibilia sint partes motus eius mobilis quod vocat o. tunc indiuisibili magnitudinis nihil mouetur neqꝫ diuisibile neqꝫ indiuisibile eo ꝙ nihil mouet per spaciū equale sibi. quia in eo quod ē equale sibi quiescit. sequit ꝙ motu presente mobile non dicet moueri 𝔷 hoc est cōtra pmā suppositōnem. Si vero illa indiuisibilia nō sunt motus tūc sequit ꝙ motus est ex non motibus quod est inconueniens. ex quo ꝗ̄tum necessario cōponat ex quantis. Figura aūt huius demonstratōnis est magnitudo siue spaciū a b c mobile o. motus d ꝫ e.

Queritur Quomodo ostendit pħs ꝙ tempꝰ nō componit ex indiuisibilibus Solutō tribus rōnibus. Prima sumpta est per eque velocia. Scda per velocius 𝔷 tardius. Tercia ex equali diuisione magnitudinis 𝔷 tpis ¶ Prima rō ē ista eque velox in toto motu suo equaliter mouebit. id est minorē magnitudinem pertransibit in minori tpe et maiorē in maiori 𝔷 equalem in equali. ergo tempus 𝔷 magnitudo equaliter diuiduntur. sed magnitudo non potest componi ex atomis siue indiuisibilibus. vt supra ostensum est. ergo nec tempus.

Queritur Quomodo ostendit pħs idem ex parte velotioris So lutio premittit tres definitōnes velotioris 𝔷 eas probat

et ex eis sumit duas rōnes Quarum prima est Velocius est quod in tpe equali pertransit maius spacium q̄ tardum.

¶ Secūda velocius est quod in minori tempore maius spacium pertrāsit q̄ tardum ¶ Tercia velocius est quod in minori tempore pertransit equale spacium.

Queritur Quomodo phus p̄mā definitōnem Solutio sic mathematice signando quattuor per litteras scʒ mobile velocius per a. tardius per b ⁊ magnitudinem spacij pertransiti per c ⁊ d. ⁊ tēpus quod mensurat motum velocioris per ʒ i. Tunc velocius quod significatur per a erit in termino magnitudinis in quem venit motum a principio spacij significati per c. cum tamen mobile tardius significatū per b nō sit in termino spacij d in tempore significato per ʒ i. sed adhuc distat. ergo velocius in equali tempore pertransit maius spacium.

Queritur Quomodo pbatur secūda definitio que est velocius in minori tempore pertransit maius spacium. Solutio sic quia distantia qua distat tardius mobile a termino magnitudinis quam pertransit velocius est diuisibilis in duas partes. sed p̄mā partē mobile velocius pertransit in minori tempe q̄ tardius mobile eandē spacij partē. ergo velocius in minori tpe ptransit maius spaciū. Et istā demonstratōem signat phus iterū p lrās vt mobile velocius per a. mobile tardius per b et locū in quo tardius remansit per e. ⁊ totū spaciū per c d. et ponit media intere litterā ⁊ d in eodē spacio. ⁊ per ʒ ⁊ ʒ i totū tempus significat tunc enim manifestum est quod dictum est.

Queritur Quomodo pbatur tercia definitio velocioris que est velocius est quod in minori tempore pertransit equale. Solutio duabus rōnibus

¶ Prima ē. Omē mobile in se acceptū pertrāsit in maiori tpe maiorem magnitudinē. si ḡ mobile ē velocius. tūc tardius mobile ptrāsit solā vnam partē magnitudinis pro illo tpe pro q̄ velocius pertrāsit totam magnitudinē.

¶ Secūda rō. Tardius mouetur per equalem magnitudinem in maiori tempore ⁊ quod est eque velox mouetur per equalem magnitudinem in eqli tempore. ergo ex proportōne magnitudinis ⁊ motus velocius mouetur per equale spacium in minori tempore.

Queritur Quō phs ex p̄dictis ōndit intentū suū scda rōne p̄ncipalis scʒ q̄ magnitudo ⁊ tps sūt qdam cōtinua Solutō tria supponit pro declaratōne illius. Primū est q̄ omnis motus est in tempore sicut supra ostensum est. Secūdo q̄ in omni tempore contingit aliqd moueri. Tercio q̄ omne quod in tpe mouetur inq̄tum mouetur cōtingit velocius ⁊ tardius moueri. Dicit notanter inq̄tū mouetur. qr vt dt alexander motores naturales determinatarū sunt virtutū. ⁊ ideo nullum celorum potest velocius moueri q̄ mouetur. ⁊ etiā motor elementorum contingit venire ad aliquam velocitatem stantem ita q̄ in illo genere non contingit accipere maiorem. ⁊ sic ista suppositio est solum vera si motus psideratur in mobili vlt nō cōtracto ad materiam hanc vel illam. sed si fiat discensus ad materiaʒ

tunc non est vera vt obijcit alexander. Istis suppositis est scḋa ratio princi palis ista velocius pertransit maius spaciū in minori tp̄e ⁊ diuidit tp̄s i minus sed tardius in equali tp̄e pertransit minorem magnitudinē ergo sicut magnitudo nō componit̄ ex indiuisibilibus ita nec tempus ex indiuisibilibus componi potest ¶ Tercia rō est. Tempus ⁊ magnitudo equaliter diuidunt̄ sed magnitudo nō componit̄ ex indiuisibilibus ergo temp⁹ non componit̄ ex nunc. Maior patet. Quia sicut mobile in toto tp̄e pertransit totam magnitudinē ita in parte tp̄is partē. ergo equaliter diuidūtur magnitudo et tempus.

Queritur Quō ph̄s ostendit logice ꝙ magnitudo ⁊ temp⁹ equaliter se habent q̄ꝫ tū ad hoc ꝙ est esse finitū vel infinitum.

Solutio ph̄i sic. Quia om nes vniuersaliter dicūt si aliq̄d est ꝙ regulari motu transit aliquod spaciū in aliquo toto tp̄e. tunc dimidiū illius pertrā sit in medietate tp̄is ⁊ iterū dimidiū medietatis spacij in dimidio medietatis temporis ⁊ hoc in infinitū. tales em̄ diuisiones in eodem mobili sunt tā temporis q̄ꝫ magnitudinis. ⁊ ergo si vnū eoꝝ est finitum vel infinitum reliquū etiam erit tale ⁊ ꝺm quēcunq̄ꝫ modū infinitatis. vnde si tempus est infinitū in vltimis id est ꝺm extensionem ita ꝙ non habet vltimū vel finem sed extensione est infinitum. longitudo est etiam infinita ꝺm distantiam vltimoꝝ quod ē esse infinitū per extensionē. i. infinitū. Si aūt sit infinitum diuisione tp̄s. Quia etiam ⁊ magnitudo diuisione infinita ⁊ si vtroq̄ꝫ istorū modoꝝ est tēpus infinitū tunc vtroq̄ꝫ istoꝝ modoꝝ erit longitudo infinita.

Arguitur Contra istam vltimā rōnem sic tempus ꝺm pipateticos ponitur sine fine. ⁊ tamē nulla magnitudo infinita est in vltimo. Similiter motus celi est infinitus ⁊ tamē magnitudo est finita Solutio Alberti qū tempus ponit̄ infinitū hoc dicit̄ quia est quidam circulus ⁊ idem tp̄s redit hic aūt sermo est de infinitate ꝺm extensionem rectam. Qꝫ autē dicit̄ de motu celi per idem soluendū est. Quia textus hic intelligit̄ de magnitudine recte mota ⁊ non circulari. Quia in circulari potest esse reiteratio partiū motus in mobili ⁊ sic potest motus esse infinitus. ⁊ similiter tempus in magnitudine finita quia tunc eadem magnitudo sepe reiteratur. sed magnitudo recta non potest reiterari sine quiete ipsius mobilis vt in octauo huius dicetur.

Queritur Que fuit rō zenonis probantis motum non esse motū localem. Solutio phylosophi ista si fieret motus localis finitus tunc contingeret in finito tempore pertransire infinita. Probatur. Quia spaciū super quod fit aliquis motus localis est infinitū ꝺm iam dicta. sed mobile in finito tempore pertransit spacium tangendo omnia que sunt in spacio. ergo mobile pertransit infinita in tempore finito. sed hoc est impossibile. ergo impossibile est motum esse.

Queritur Quomodo phylosophus soluit illam rōnem. Solutio sic. quia zeno opinatur falsum. quia quo ad esse finitū et infinitum ꝓportōnabliter se habent magnitudo siue spaciū ⁊ tempus. et ergo ph̄us dicit soluendo rōnem illam ꝙ dupliciter aliqua longitudo siue

magnitudo ⁊ tempus ⁊ omne ɔtinuū infinitū. Uno mō ſm diuiſionez eo
ꝙ eſt in infinitum diuiſibile. ⁊ tale infinitū eſt bene ꝑtranſibile. qꝛ illud infini
tum nō eſt actu ſed ſolū potentia. ⁊ ſic etiā ipm tempus eſt infinitū. et ergo
in tpe hoc mō infinito ɔtingit id qđ mouet̃ tranſire infinitū ſm diuiſionem
et ſic potentia ⁊ nō actu tangūt ſe infinita in ipſis. Secūdo mō dr̄ infinitū
actu qđ caret vltimis. hoc eſt in diſtantia ſuaꝝ extremitatū eſt infinitū. ⁊ hͦ
mō ſpaciū ſuꝑ quod fit motus nō eſt infinitū. ⁊ ſi eſſet infinitum nō poſſent
ꝑtes ſpacij tangi in finito tpe. Et ſi ꝑ impoſſibile poneret̃ ꝙ haberet vltima
cū hoc tñ ſit ɔtra rōnem infiniti actualis. adhuc nō contingerent ſe in vlti-
mis illis. qꝛ media que actu ſunt infinite extenſionis nunꝙ̄ poſſunt ꝑtranſi
ri. ⁊ nedū in tpe finito. ſed etiam nec in tpe infinito. qꝛ ſi tanſiret tūc aliqñ vl
timū eius ɔtingeret vltimū ſpacij. ⁊ ſic nō eſſet infinitū ſed finitū. quod eſt
contra hypoteſim.

Querit̃ Q̄uo phs oſtendit ꝙ nō pt̄ tempus eſſe infinitū ſi ma-
gnitudo ſit finita. Solō. duab⁹ rōnib⁹. Prima eſt vbi
cunꝙ̄ ꝑtes ſunt finite ibi totum nō pt̄ eſſe īfinitū. eo ꝙ q̄titas totius ex par
tib⁹ ɔſtat. ſed partes tpis correſpōdentes magnitudini ſunt finite. ergo nō
poſſunt ɔſtituere tēpus infinitū. Probatur. qꝛ ſi magnitudo ſit finita ſicut
ſuppoṅit̃ tūc aliqua pars tpis corrñdebit alicui ꝑti magnitudinis. cū ergo
partes magnitudinis ſupponuntur finite. oportꝫ partes tpis corrñdentes
ꝑtib⁹ magnitudinis etiam eſſe finitas. ¶ Secūda rō ſoluit vnā cauillatio-
nem qua poſſet aliquis dicere ꝙ ꝑtes magnitudinis finite ꝑtranſiant̃ tpe
infinito. ¶ Contra quam poſitōem aduerſarij arguit̃ ſic. ad minus eſt da
re aliquā partē magnitudinis finite que ꝑtranſeat̃ tpe finito. ⁊ illa ꝑs aliq-
tiens accepta facit totū. ⁊ ſic tota magnitudo ꝑtranſit̃ tpe finito. ⁊ hoc fuit
ꝓbandū. Et e regione nō pt̄ dici ꝙ tps ſit finitū ⁊ magnitudo infinita

Querit̃ Q̄uo phus ꝓbat ɔcluſionē ꝑus etiā ꝓbatā. ſcꝫ ꝙ ɔti-
nuū nō eſt ɔpoſitū ex atomis ſiue indiuiſibilib⁹ Solō
duab⁹ rōnib⁹. Prima eſt. ſi ɔtinuū eſſet indiuiſibile ſequeret̃ ꝙ indiuiſibile di
uideret̃. Sequela ꝓbat̃. qꝛ de rōne ɔtinui eſt ꝙ habeat multas ꝑtes copula
tas ad aliquē terminū ɔmunē. ſicut patꝫ ex definitiōe eius. ſed qđ hꝫ ꝑtez et
partem eſt diuiſibile in illas. ergo indiuiſibile erit diuiſibile.

Querit̃ Q̄uo. p. ſecūda rōe ꝓbat ducente ad impoſſibile. Solō
tria ꝑſupponit. Primū eſt ꝙ in omi tpe ɔtingit aliqđ ve
locius ⁊ tardius moueri. Secūdū eſt ꝙ velocius in equali tpe plus ꝑtran-
ſit de ſpacio. Terciū ꝙ in ſingulis motib⁹ ɔtingit eſſe ꝓportionem velocita-
tis ad velocitatem ſm omnes ſpēs ꝓportionum. ita ꝙ poſſunt eſſe in ꝓporti
one dupla ⁊ in proportione hemiolia que ſeſquialtera dicitur Quib⁹ ſup-
poſitis eſt iſta ratio. Si ponatur aliqua magnitudo compoſita ex trib⁹ ato
mis ſiue indiuiſibilib⁹. tunc ponūtur duo mobilia quoꝝ vnū eſt velocius et
aliud tardius. moueri ſuper illam magnitudinem ex indiuiſibilib⁹ ɔpoſitā
ita ꝙ illa duo ſe habeant in ꝓportione hemiolia. ita ꝙ mobile velocius exce-
dat tardius in ꝓportione hemiolia. tūc ſequitur neceſſario ꝙ ſecūdū indiuiſi
bile in ordine illorum trium indiuiſibilium erit diuiſibile. quod ſic oſtendit̃.

q̄ qn̄ tardius mobile ꝑtransiuit vnū indiuisibile. tūc velociꝰ ꝑtransiuit idē indiuisibile ꝛ mediū secūdi indiuisibilis. eo ꝙ illud mobile velocius excedit tardiꝰ iuxta hypotesiꝫ i. ꝓportōe hemiolia. ꝛ nō pt̄ dici ꝙ ꝑtransiuit velociꝰ duo indiuisibilia. q̄ꝛ tūc excederet tardius in ꝓportōe dupla.

Querit̃ Que ꝓportio in textu appellat̃ hemiolia. Solō sesquialtera. Et dr̄ ab hemi in greco quod idem ē qđ dimidium. ꝛ olon totū quasi ꝯtinens totū ꝛ dimidiū. ꝛ vocat̃ ꝓpter hoc sesquialtera. etiā q̄ꝛ ꝯtinet totum ꝛ alterā eius partem. sicut tria continent duo. ꝛ alteram partem duoꝝ. et sex habent se ad quatuoꝛ in eadem ꝓportione. q̄ꝛ sex ꝯtinēt semel quatuoꝛ ꝛ alterā ꝑtem de quatuoꝛ

Querit̃ Quotuplex est nūc. Solō pħi duplex. scꝫ nūc ꝑm se et nūc ꝑm alterū. Nūc ꝑm alterū est tempus breue ꝯpositum ex p̄terito ꝓpinquo ad p̄sens ꝛ ex futuro qđ ꝯiūgitur ꝓpinque p̄senti. et appellat̃ apud grāmaticos ꝛ vulgares presens qđ ꝯponit̃ ex preterito ꝛ futuro. sicut dicimus Johānes nūc legit. nunc ꝑm se est indiuisibile copulans partes tp̄is ad inuicem existens terminus ꝯmunis vtriusq̄ꝫ. questio autē q̄ fit de nūc est de nūc ꝑm se

Querit̃ Quō ostendit pħus si nūc est indiuisibile. ꝙ tūc oportꝫ idem esse nūc quod est finis p̄teriti ꝛ initium futuri. Solutio sic. q̄ꝛ duo tp̄a p̄teritū ꝛ futurū ꝯtinentur aliquo qđ est finis vnius et p̄ncipium alterius. eo ꝙ om̄e cōtinuū sic ꝯtinuat̃. opoꝛtꝫ ꝙ aliquid sit vltimū ꝑteriti ita ꝙ nulla pars p̄teriti sit ꝛ ꝙ aliquid sit vltimū futuri ita ꝙ nulla pars futuri sit. ꝛ ideo est vltimū ꝯtinuans vtrūq̄ꝫ. In p̄terito q̄dē nihil est futuri ꝑ modū partis. ꝛ in futuro nihil est p̄teriti ꝛ qđ sic neutrius pars est. est vnū ꝛ idem tanq̄ꝫ terminus ꝯmunis. ergo est vnū nūc indiuisibile.

Querit̃ Quō probat pħus ꝙ nūc ꝑm se sit indiuisibile Solō tribꝫ rōnibꝫ. Prima si nūc ꝑm se esset diuisibile tūc aliqua pars preteriti esset in futuro. ꝛ aliqua pars futuri esset in p̄terito. sed hoc est impossibile. ergo nūc ꝑm se nō est diuisibile sed indiuisibile. Sequela pꝫ. q̄ꝛ nūc est finis p̄terit̃ ꝛ initiū futuri. si ergo esset diuisibile tūc vna pars eiꝰ esset in p̄terito ꝛ alia ps esset in futuro. Et nō pt̄ etiam dici vt dicit pħus ꝙ aliud nūc sit in p̄terito ꝛ aliud nūc in futuro. q̄ꝛ sic tempus nō esset ꝯtinuū. q̄ꝛ in ꝯtinuo dꝫ esse vnus terminus ꝯmunis. ¶ Secūda sic. si nūc ponat̃ diuisibile tūc nō erit nūc ꝑm se sed ꝑm alterū. hoc aūt est ꝯtra hypotesim ¶ Tercia rō. si nūc diuidat̃ in p̄teritū ꝛ futurū. tūc nō erit sibiipsi idem. q̄ꝛ p̄teritū et futurū nō sunt idē. g̃ etiā nūc qđ diuidit̃ in p̄teritū ꝛ futurū

Querit̃ Utrū in nūc ꝑm se pt̄ fieri motus Solō nō. ꝛ hoc sic ꝓbat pħus. q̄ꝛ si in nūc fieret motus tūc sequeret̃ ꝙ indiuisibile esset diuisibile. sed hoc est impossibile. ergo. Sequela pꝫ. q̄ꝛ quocūq̄ꝫ motu veloci dato ꝯtingit dare velociorē. si g̃ in nūc fieret motus posset dari motus velocioꝛ eo. ꝛ ꝑ ꝯsequēs ille fieret in minori tp̄e q̄ꝫ nūc sit. ꝛ per ꝯñs nūc esset diuisibile. ꝛ sic indiuisibile esset diuisibile.

☞ Arguit̃. generatio est motus ꝛ fit in nūc tp̄is hoc est in instanti. ꝛ sic

corruptio.ergo motus potest fieri in ipo nunc Solo. generatio nō est motus ppriē dictus. sed est mutatio seu motus cōmuniter dictus

Ar Dicimus sortes nūc scribit nūc currit. ergo in ipso nūc pt fieri mot⁹ Solo in nūc ꝑm alterū bñ pt fieri mot⁹ vt pbat argumentū. q2 nūc ꝑm alterū dicitur p̄sens tempus In nūc aūt ꝑm se nō potest fieri motus. vt iam probatum est

Querit Quot rōnib⁹ ostēdit phs q in nūc nō pt esse qes. Solo trib⁹ Prima est. in nūc nō pt fieri motus. ergo nec qes. Añs p3 ex dictis. Tenet ꝯña. q2 mot⁹ et qes sunt opposita ꝑuatiue que hñt fieri circa idem. ¶ Scōa rō est. si in nūc fieret qes tūc vnū et idē simul moueret et qesceret. Probat sic. q2 si accipiant duo tpa quorū vnū est p̄teritū et alterū futurū. tūc ꝯtingit aliqd in toto tpe p̄terito moueri et i toto futuro qescere. si ergo ponat moueri in nūc et posse qescere in nūc. tūc opt3 dicere q cū moueatur in toto tpe p̄terito q etiā in nūc quiescat. qd est ꝑncipium futuri. sed vnū et idē nūc ꝑm subam est terminus p̄teriti et initiū futuri. ergo in vno et eodē nūc ꝑm subam aliquid mouet et quiescit. ¶ Tercia rō est. quiescere dr q eodem mō se h3 in toto et in partib⁹ et posterius sicut ꝑus. si ergo in nūc fieret qes tūc ipm nunc haberet prius et posterius. et p ꝯñs esset diuisibile. ergo necesse est oēe qd mouet moueri in tpe. et qd qescit qescere in tpe.

Querit Utrū oēe mobile sit diuisibile Solo sic. et hoc sic pbat. oēe qd mouet est ptim in termino a quo et ptim in termino ad quē. sed qd h3 partem et ptē est diuisibile. ergo oēe mobile est diuisibile. Et q mobile sit partim in termino a quo hoc p3 q2 nō est totū in termino a quo. q2 sic adhuc nō moueret. nec totū in termino ad quem. q2 sic mutatum esset. ergo sequitur necessario q partim sit in termino a quo et partim in termino ad quem.

Querit Quō diuidit motus Solo dupl'r. sc3 ad diuisionem ipsius mobilis et ad diuisionē ipsius tpis. Et rō est. q2 motus habet duo in se. Primo sc3 q sit accñs. Secūdo q sit tale accñs. sc3 successiuū gratia p̄mi diuidit ad diuisionē mobilis. gratia secūdi diuiditur ad diuisionem temporis

Querit Quō potest pbari q motus diuidit ad diuisionē mobilis Solo trib⁹ rōnib⁹. Prima est moto toto mouentur partes. et motus vnius partis nō est alterius. ergo motus totius diuiditur p partes mobilis. sicut accidens ad diuisionē sui subiecti ¶ Secunda rō totalis mot⁹ alicui⁹ mobilis vel est omniū ptiū simul vel est alicui⁹ partis tm̄. vel est alicui⁹ extrinseci. Nō est alicui⁹ ptis tm̄. q2 ps mobilis mouet ꝑm ptē. Nō extrinseci. q2 tūc nō esset in eo qd mot⁹ denoīat. mot⁹ em̄ denominat suū mobile et nō extrinsecū. relinqtur ergo q tot⁹ mot⁹ est totalis mobilis. id est omniū ptiū. et sic motus diuidit ad singularū ptiū diuisionē Tercia rō. motus toti⁹ vel est maior motu ptiū vel minor vel equalis. nō maior q2 tūc erit aliqua ps mobilis que nō erit mota qd implicat. nec minor. quia tūc pars excederet totum. relinquitur igitur q motus totius sit eqlis motui partium. et sic diuiditur ad diuisionem partium.

Querit Q̃o ostenditur ꝙ motus diuidiť ad diuisonem temporis Sol'o sic. sicut totus motus fit in toto tempore ita ꝑs mot⁹ fit in ꝑte tpis. ⁊ maior mot⁹ fit in maiori tpe ⁊ mior i minori. cũ ergo motus ⁊ tempus equaliter adinuicem ꝓportionãtur ꝭm partes suas equaliter etiã diuidũtur. et nedũ hec equaliter diuidũtur. sed etiã spacium et moueri. q̃ sicut totũ moueri fit supra totũ spaciũ. ita pars moueri fit sup partẽ spacij. ergo moueri ⁊ spaciũ equaliter diuidũtur

Querit Quomodo differũt motus ⁊ moueri Sol'o. nõ differunt in re sed in modo significandi. q̃ quod motus dicit nominaliter hoc moueri dicit verbaliter. quia idem est ꝙ in motu esse. ⁊ sic sunt quinq̃ que equaliter diuidũtur. scʒ motus. mobile. tempus. ipsuʒ moueri et spacium in quo est motus

Ar Contra mobile spaciuʒ ⁊ tempus sunt per se diuisibilia. quia sunt per se quanta. sed motus ⁊ moueri non sunt per se quanta. ergo nõ equaliter diuidũtur illa quinq̃ Sol'o. equaliter diuidũtur ꝭm equalitatem diuisionis in se. sed non diuidũtur equaliter quo ad modum diuidẽdi. quia aliũ modum diuisionis habent tria prima ⁊ duo vltima.

Querit Quomodo probat ꝙ ad diuisionem temporis diuiditur motus Sol'o sic. quia si aliquid mutetur per aliquod totum tempus per aliquã magnitudinẽ tũc in ꝑte tpis mouetᷣ ꝑ ꝑteʒ magnitudinis ⁊ in medietate tpis ꝑ medietatẽ magnitudinis.

Querit Quomodo ostendit e regione ꝙ tempus diuidiť ad diuisionem motus Sol'o sic. quia quod per totũ motum habet aliquod tempus. hoc ꝑ mediũ motũ hʒ medietatem tpis. ⁊ eodem mõ dicendũ est de moueri. q̃ ꝭm mediũ mot⁹ est mediũ moueri. ⁊ ꝭm totũ motũ est totũ moueri. Siľr est de eo in quo est motus. q̃ illud spaciuʒ diuidiť ad diuisionẽ tpis. et nõ solũ habent se ꝓdicta ad diuisionẽ equaliter. sed etiã ad finitatem ⁊ infinitatem.

Querit Q̃o probat pħus ꝙ mobile ꝭm ꝙ mutatum est. est in termino ad quem Sol'o sic. q̃ mobile ꝭm ꝙ mutatuʒ est non est in termino a quo nec in medio. ergo est in termino ad quẽ Cõsequentia nota est. Añs probatᷣ. non eñ dici potest ꝙ sit in termino a quo. q̃ vt sic nõ mutatᷣ adhuc. neq̃ est in medio. q̃ in medio est adhuc in mutari. ergo nõ habet ibi mutatũ esse. Secũda rõ. si illud qᵭ mutatũ est nõ est in termino ad quẽ mutatũ est. sed citra illum tũc sequiť ꝙ qñ mutatum est ꝭm ꝙ hmõi mutetᷣ. Probatᷣ. q̃ mobile tam diu mouetᷣ siue mutatᷣ donec est in termino ad quẽ. ergo qñ aliq̃d mutatũ est ⁊ nõ est in termino ad quẽ oportet ꝙ adhuc mutetᷣ. ⁊ sic illud qᵭ factũ est qñ factũ est nõ est ens. ⁊ illud qᵭ corruptum est qñ corruptũ est non est non ens.

Querit Q̃o probat phylosophus ꝙ illud a quo est principiũ mutari ⁊ illud in quo est aliquid primo mutatũ sunt indiuisibilia. hoc est tm̃ querere quomodo probat phylosophus ꝙ terminus a

quo mot⁹ sumit᷑ ⁊ termin⁹ ad quē sumit᷑ sint indiuisibiles Solō sic ꝓbat Quia cuiuslibet cōtinuij finiti existentis necesse est duos terminos esse indiuisibiles. sed motus est qꝺdā continuū diuisibile ⁊ est finitus. ergo necesse est eius terminos esse indiuisibiles scꝫ terminū a quo ⁊ terminū ad quem.

Queritur Quotuplex ē mutatū esse in motu Solutio ꝙ duplex nam quoddam est perfectū ⁊ quoddam imperfectum. Mutatum esse perfectuꝫ dicit᷑ quod competit mobili ꝭm ꝙ est in termīo ad quem simpliciter. Sed mutatum esse imperfectū dicit᷑ quod competit mobili versus principiū scꝫ qꝺ est in termino ad quem in respectu ⁊ per qꝺ non dicit᷑ finitus simpliciter.

Queritur Utrū in motu sit dabile primū mutatū esse. Solō in motu est bene dabile primū mutatū esse perfectū sed nō est dabile ꝑmū mutatū esse imperfectū. Sed ante quodlibet mutatū esse ē aliud ⁊ sic etiam non est dabilis prima pars motus.

Queritur Quotupliciter ꝓbat pħs ꝙ nō p̄t dari primū mutatū eē seu pria ꝑs mot⁹ in motu. Solō tripliciť. s. ꝑmo ex ꝑte tpis. scꝺo ex ꝑte mobilis ⁊ tercio ex ꝑte spacij. Ex ꝑte tpis sic ꝓbat si eēt dabile primū mutatū esse in motu seu pria ꝑs mot⁹. vel ergo illa ꝑma pars esset diuisibilis vel indiuisibilis. Non potest dici ꝙ sit indiuisibilis. q̇a tunc etiam tempus illi parti ꝓportionatū esset indiuisibile sed hoc est impossibile Quia non possunt duo indiuisibilia in tempore sibi esse īmediata. q̇a sic tēpus esset ex indiuisibilibꝫ compositū. Relinquit᷑ ergo ꝙ sit diuisibilis. si g̊ sit diuisibilis tunc nō potest dici prima pars motus q̇a potest diuidi in priores ⁊ sic vlterius in infinitū. ⁊ sic patet ꝙ non sit dabilis ꝑma pars motus. Secūdo ex parte mobilis probat sic. Quia nō est dabilis prima pars mobilis. ergo nō est dabilis ꝑma pars motus seu primū mutatū esse. Consequētia tenet q̇a motus ⁊ mobile ꝓportionabiliter se habent penes hoc qꝺ ē diuidi in semper diuisibilia vt prius patuit. Añs patet. quia mobile ē quoddam continuū. sed continuū est diuisibile in infinitū. Tercio ex parte spacij ꝓbat. quia non est dabilis prima pars spacij. ergo non est dabilis ꝑma ꝑs motus. Cōsequētia tenet ex p̄cedenti rōne. ⁊ etiam añs ꝓportionabiliter.

Arguitur Ex illo sequeret᷑ ꝙ esset aliq̇s motus qui nunꝙ incepit nec desinet sed hoc est falsum. Sequela patet quia dictum est ꝙ non est dabile primū mutatū esse vel prima pars motus Solutio negāda est ꝯña ⁊ rō est. quia licet nō sit dabile ꝑmū mutatū esse imperfectū. est tamen vtiqꝫ primū mutatū esse ꝑfectū in quo incepit vel desinet motus simpliciter.

Queritur Quot modis dicit᷑ aliquid moueri ī tꝑe Solutō duobus modis. Uno mō ꝑmo ⁊ per se ⁊ dicit᷑ qꝺ mouetur in qualibet parte tpis vt aliquid dicitur ꝑ se moueri in die qñ mouet᷑ in q̄libet hora diei. Scꝺo ꝭm alterū dicit᷑ qꝺ mouet᷑ in parte tpis sicut aliq̇d dicit᷑ moueri in die. quia mouet᷑ in hora diei.

Queritur Quō probat pħs qꝺ illud qꝺ mouet᷑ in aliquo tꝑe ꝑmo etiā mutat᷑ in qualibet ꝑte tpis Solutio hoc patet per

definitōnem primi rōne vero sic ꝓbatur quia diuidaꝛ tempus in quo aliq̃d mouetur. vel ergo in neutra parte mouetur tunc etiam non mouebitur in toto. quia totum est sue partes vel in vtraqꝫ mouetur ꝛ tunc non pōt primo moueri in vtraqꝫ sed primo in vna ꝛ postea in alia ꝛ tunc iterū habetur ꝓpositū scꝫ ꝙ si aliq̃d in toto tempore moueꝛ ꝙ etiā moueaꝛ in qualibꝫ pte Si aūt in vna moueaꝛ ꝛ non in alia tunc nō potest dici ꝙ primo moueꝛ in toto q̃a qđ quiescit in vna parte temporis non moueꝛ tempore sed primo per partem.

Ar Mutatum esse est indiuisibilis terminus motus. ergo non potest precedere moueri. Probaꝛ quia moueri iuxta predicta esse in motu Solutio Alberti duplex est mutatū esse vnū est perfectum ꝛ hoc diciꝛ vltimus terminus motus in quo finitus est motus totus ꝛ tale mutatuꝫ esse nunq̃ꝫ potest precedere ipm moueri ꝛ hoc modo dixit phus superius ꝙ omne quod mutatur postq̃ꝫ mutatū est. est in termino ad quem mutatum est. Aliud est mutatum imperfectū siue in potentia. ꝛ sic illud diciꝛ mutatuꝫ vbi potuit motus fuisse finitus siue terminatus licet non sit ibi terminatꝰ et sic intelligiꝛ hic dictum phi ꝙ omne moueri precedit mutatum esse id ē precedit aliquid vbi potuit motus fuisse terminatus. Et hoc patet q̃a motus non incepit in indiuisibili. ergo moueri est in continuo tempore. sed hoc continuū tempus habet partem ante se scꝫ suam medietatem. ꝛ ibi est mutatum esse imperfectum quod precedit mutari sicut in simili patet de punctis in linea.

Querit Quot rōnibꝰ ꝓbat ꝙ ante mutatū esse est mutari. Solutio tribꝰ ¶ Prima est finis p̄supponit id cuius est finis. sed quodlibet mutatū esse est finis mutari. ergo ante quodlibet mutatum esse est mutari.

¶ Secūda rō sumitur ex parte tpis ꝛ hoc sic ante quodlibet nunc in tēpore est assignare tempus. ergo ante quodlibet mutatū esse est mutari. Antecedēs est manifestū. Cōsequētia patꝫ. q̃a sicut mobile habet mutatū esse in nunc ita mutari in tempore.

¶ Tercia rō sumiꝛ ex parte magnitudinis sic sicut se habet indiuisibile ī magnitudine. ita se habet mutatū esse in motu. sed ante quodlibet indiuisibile in magnitudine est accipere aliquod indiuisibile in infinitū. ergo etiam ante quodlibet mutatū esse in motu est dare mutari in infinitū. Minor patet ex eo ꝙ magnitudo est in infinitū diuisibilis vt supra patuit.

Querit Utrū istud veritatem habeat in motibus ad formā scꝫ ꝙ ante quodlibet mutatū esse sit mutari ꝛ ecōuerso. Solutio sic ꝛ hoc ꝓbat inductiue. Nam p̄mo ꝓbat de motu alteratōnis. quia ante quodlibet alterari est alteratū esse ꝛ ecōuerso. Probaꝛ sic ex parte tpis quia motus ꝛ tp̄s equaliter diuidūꝛ. sed an̄ quodlibet nūc tpis ē dabilis ps tpis. g͂ an̄ qđlibet alteratū esse ē dare alterari. Scđo ꝓbat de motu generationis accepte ꝑm esse. quia ante quodlibet generari est genitū esse ꝛ ecōuerso. Et ꝓbari potest hoc simili modo sicut iam ꝓbatum est de alteratione. Et simili modo etiam dici potest de corruptōne ꝙ ante quodlibet corrumpi sit corruptum esse.

Queritur Utrū sit in motu dare primū ꝛ vltimum Solutō si motus cōpetur ad ptes subiectiuas tunc hꝫ simpliciter vltimū ꝛ pmū. quia est dabilis pma species motus ꝛ vltima. Si vero ad ptes q̄ntitatiuas ꝯpetᷣ mot⁹ distinguendū est. Quia vel ē sermo de ptibus acceptis ſm equalē diuisionē que appellanᷣ ptes eiusdē q̄ntitatis. vel de ptibus motus eiusdeꝫ ꝓportōnis. Primo ē dabile pmū ꝛ vltimū in motu sic in quolibet ꝯtinuo sicut in ligno tetracubito pma pars est pm⁹ cubitus. et vltima est vltim⁹ cubitus. Et in tpe vni⁹ diei pma hora est prima pars. et vltima est vltima pars. Et eodē mō est in motu qui ꝯdiuidiᷣ ꝓportōnabiliter magnitudini ꝛ tpi. Scdo mō nō est dare pmū neqꝫ vltimū in motu qꝛ oportꝫ motū esse in tpe diuisibili ꝛ in spacio diuisibili ꝛ in mobili diuisibili igiᷣ sicut continuū diuidiᷣ in infinitū ita quacunqꝫ pte data versus pncipiū. vel finē dabiᷣ prior pars versus pncipium ꝛ vlterior versus finem. Sed q̄ ad terminos datur vltimū in motu sed nō pmū. qa est dabile mutatuꝫ esse pfectū siue completū. ꝛ hoc est terminus indiuisibilis mot⁹. sed non datur primū ex parte termini a quo.

Queritur Que est rō q̄ in motu est dare vltimū ꝛ nō pmū Solutio qa in cōtinuis successiuis fit ꝓcessus de potentia ad actū. ꝛ sic act⁹ solū ē in termio ad quē siue finali. ꝛ sic ex pte finis ē dabile vltimū indiuisibile in actu sꝫ nō daᷣ primū puta termin⁹ a quo. qa tale indiuisibile nō hꝫ ordinē ad motū. qꝛ nō ē initiū mot⁹ sꝫ indiuisibile in termio ad quē est termin⁹ mot⁹. ꝛ sic mot⁹ termiatur bn̄ in indiuisibili sꝫ nō incipit in indiuisibili. In cōtinuis ꝟo pmanentibꝫ secus est. qa ibi termin⁹ est vtrobiqꝫ in actu. ex parte principij ꝛ finis sicut patet in linea que habet duo pūcta terminantia.

Queritur Quō mot⁹ cū sit finit⁹ dꝫ nō hr̄e pmū vel vltimū Solutō motus ꝯsideratus ſm partes eiusdē ꝓportōnis nō hꝫ pmū nec vltimū nec tn̄ est infinitus quātitatiue. qa ꝛ si non habeat terminos ꝓprios quātitatiuos qui sunt ptes eius. hꝫ tamē terminos q̄ntitatiuos extrinsecos in quibꝫ non est motus ſm suū esse q̄ntitatiuū. sꝫ post quē erit et ante quē statim fuit. vt patebit in sequētibꝫ. mot⁹ igiᷣ ꝯsiderat⁹ ſm partes eiusdem q̄ntitatis hꝫ pncipiū ꝛ vltimū.

Queritur Quō dn̄t exponi ꝓpōnes de incipit ꝛ desinit Solutō diuersimode in his que incipiunt p motum successiuum et que incipiunt p mutatōnem. Quia in his que incipiunt p motū successiuum. sicut pe. his. hꝫ in tractatu syncategorematū daᷣ inceptio p vltimū nō esse ex pte inceptōnis. Et hoc mō ista ꝓpō mot⁹ incipit dꝫ sic exponi motus iam nō ē ꝛ statim post hoc erit. Ex pte vero desitōnis daᷣ desitio p primuꝫ nō esse. qa in vltīo indiuisibili termio mot⁹ nō ē mot⁹ ꝛ an̄ ipm fuit mot⁹ et sic hec ꝓpō mot⁹ desinit dꝫ sic exponi mot⁹ nūc nō est sꝫ statim an̄ hoc fuit. In his que incipiunt ꝛ desinunt in instanti aliter sunt exponende ꝓpositiones de incipit ꝛ desinit quantum ad inceptionem. Quia inceptio datur per primū instans esse ꝛ sic debent exponi affirmatiue vt homo incipit esse. id est homo nunc est. ꝛ statim imediate ante hoc non fuit.

Querit. Que est rõ istius diuerse expositõnis in successiuis et instantaneis. Solutio q̃a in instantaneis simul sunt fieri et factum esse. sic aũt non est in successiuis. ergo dicit phus in octauo huius ꝙ mutatio tenet se cũ passione siue forma posteriori que acq̃ritur. ⁊ ergo ab illa debet denominari. sicut q̃n embrio corrumpit ⁊ homo generatur tũc debet fieri denomiatio ab homine. ⁊ ergo exponit per p̃mũ instans ipius esse. Et istud satis patet. q̃a ex quo generatio vnius est corruptio alterius cum cõtrarie forme nõ possunt sit materiam informare q̃n aliq̃d generat tunc ꝑ totum tempus quod p̃cedit vltimũ instans est materia sub forma prioreq̃ ab ea abijcitur. ⁊ in vltimo instanti est sub forma que per generatõnem acquiritur ⁊ ergo datur primũ instans esse sequentis forme quod est vltimũ instans prioris motus ⁊ illa forma que generatur non fuit ante hoc instãs in materia.

Querit. Utrũ in desitione forme sit vliter idem expositõis modus. Solutõ nõ. q̃a q̃nq̃ desinente aliqua forma ꝑ corruptõnem seq̃tur noua forma in materia positiua sicut q̃n homo corrumpitur generat forma cadaueris que ẽ positiua. ⁊ tũc debet desitio exponi negatiue per primũ instans non esse. vt socrates desinit esse id ẽ socrates nũc non est ⁊ statim ante hoc fuit. Quia generatio ⁊ corruptio sunt in eodem instanti. q̃a alias staret materia nuda sine forma saltẽ specifica. Quia si in vno instanti abijceretur forma. ⁊ in alio acq̃reretur forma tunc cum inter quelibet duo instantia sit tempus medium materia pro illo tempore staret nuda. cum nec haberet priorẽ formã nec posteriorem. Quia ergo in illo instanti inest forma posterior que per generatõnem acq̃ritur. ⁊ due forme substãtiales non possunt simul informare materiã oportet exponere desitionẽ prioris forme per p̃mũ instans non esse. Quando vero desinente priori forma non generatur noua forma tũc desitio debet exponi affirmatiue per vltimũ indistãs esse vt lum ẽ desinit esse id ẽ lumẽ iã ẽ in aere. ⁊ stati pᵒ hoc nõ erit.

Querit. Utrũ istud quod dictum est de diuersa expositõne ꝓpositionũ de incipit ⁊ desinit in motib⁹ ⁊ in mutationib⁹ debeat intelligi de generatõne ⁊ corruptõne acceptis ẜm essentiam vel ẜm esse. Solutio de eis ẜm essentiam acceptis. quia sic solũ appellantur mutatõnes. sed si accipiantur ẜm esse vt imixte preuijs alteratõnibus tunc ꝓpositiones in eis de incipit ⁊ desinit debẽt eodem mõ exponi sicut in motib⁹ scꝫ per vltimum non esse quo ad inceptõnem. ⁊ per primũ non esse ex parte desitionis.

Querit. Quomodo ꝓbat phs in textu. ꝙ nõ requirit tp̃s infinitũ vt mobile finitum pertranseat magnitudinem finitam. Solutio duo supponit pd hoc ꝓbandũ. Primũ ẽ q̃d oẽ q̃d mouet mouetur i tp̃e. Scd̃m est ꝙ in maiori tp̃e pertrãsit maior magnitudo ⁊ in minori minor. His duob⁹ suppositis sic probat prius quesitũ. si motᵒ finite magnitudinis est in tempore infinito. aut ergo est eque velox vel non est eque velox. Si primũ tunc manifestum est ꝙ motus talis mobilis nõ fit in infinito tp̃e. Quia tale mobile pertransibit aliquã partem aliquotam talis

magnitudinis puta mediā terciam vel decimā in aliquo finito tpe. quia si-cut se habet totum tempus infinitū ad totam magnitudinem motam. ita pars temporis ad partem magnitudinis. qa sicut tota mouetur in toto tē-pore ita pars in parte temporis. ⁊ medietas in medietate temporis. ⁊ ter-cia in tercia. ⁊ decima in decima. ergo partes temporis sunt equales parti-bus magnitudinis sed partes magnitudinis mote sunt finite numero et extensione ꝼm vltima. ergo etiā partes temporis numero ⁊ extensione sūt finite. ex finitis non constituitur infinitum. Si scd̄m id est non sit eque ve-lox tunc idem inconueniens seq̄tur. qa ⁊ si partes temporis sint īequales in motu qa in vna parte mouetur velocius ⁊ in alia tardius tamen omnes partes sunt finite ꝼm multitudinem ⁊ ꝼm vltima. ergo ex eis non potest in finitum constitui.

Queritur Quomodo ꝓbat phs ꝙ infinitū non potest moueri i tē-pore finito neqꝫ quiescere siue moueatur regulariter siue naturaliter Solutio sic qa si ponatur ab aliquo aduersario veritatis in-finitū moueri posse in tpe finito. tunc accipiatur aliqua ps tpis que aliquoti-ens sumpta reddit totū tempus. tūc in pte illa transibit aliquā partē mag-nitudinis. ipm infinitū. ⁊ i illa parte nō trāsibit totum spacium. qa in toto tempore pertrāsibit totam magnitudinem spacij. sed totum ⁊ pars nō sūt equalia. In alia vero parte equali parti pͥus accepte trāsibit aliam partem spacij. ⁊ in tercia parte tpis terciā. ⁊ sic de oībus alijs siue partes spacij ꝑ quas transit sunt equales siue inequales. qa si motus est regularis tūc par-tes sunt equales. ⁊ si irregularis tūc ptes spacij sunt īequales ⁊ semper ta-men sunt finite eo ꝙ correspondent ꝑtibus tpis. igitur in tempore infinito nō potest moueri vel quiescere infinitum.

Queritur Quō ostendit phs ꝙ mobile nō pt esse infinitū si tempꝰ et magnitudo sūt finita Solutō duabꝫ rōnibꝫ. Pͥa partes mobilis ⁊ tpis ꝓportionantur qꝛ vt tactū fuit in parte tpis ps mobilis ꝑtrāsibit spaciū. ergo iuxta superius dicta sunt ꝓportionata. ergo si vnum est finitū reliquū erit finitum

¶ Secūda rō est si mobile infinitū ꝑtranseat spacium finitum. tunc mo bile finitū ꝑtrāsibit spaciū infinitum. ⁊ nihil refert quid illoꝝ moueatur vel qe scat. ex quo vtrūqꝫ illoꝝ est q̄ntū. sed illud semꝑ dicitur spaciū quod quiescit et quod mouetur mobile. Et eodē mō fit demonstratio si accipiatur tps finitū ⁊ spacium finitū mobili existenti infinito. Conclusio finalis est ꝙ mobile mo tus tempus spacium suꝑ qd̄ fit motus equalr̄ diuidūtur penes finitū et in-finitū. Et ista phs deducit diffuse i textu signando predicta per lr̄as ma-thematice sicut in pͥma demonstratōne satis visum est.

Queritur Quare p̄dicta i p̄cedenti conclusione nomiata equaliter diuiduntur penes finitum ⁊ infinitum. Solutō qa in quibuscunqꝫ sunt eadem pͥncipia reperitur eadem passio. sed in predictis re periuntur eadem pͥncipia ergo in eis reperitur eadem passio. Maior ē ma-nifesta qa passio causatur ex pͥncipijs. Minor ꝓbatur qa q̄ntitas ē subiectū fi-nitū ⁊ infinitū. ⁊ pͥncipium iuxta dictū phi i pͥmo finitū ⁊ infinitū q̄ntitatis

conueniũt q̄ntitas aũt eadem est in istis reperit̃ tamē vt in antecedentibus dictũ est in istis analogice ⁊ per prius ⁊ posterius.

Ar̃ Contra predicta mobile aliqd̓ per potentiā diuinā potest moueri p̲ spaciũ numerando partes eiusdem ꝓportōnis sed ille sunt infinite. igit̃ mobile finitũ potest moueri per spaciũ infinitũ Prima pars ꝓbat̃. quia tales p̲tes sunt in spacio. ergo p̲ infinitā potētiā potest mobile illas pertrā-sire Solutō maior falsa est q̄a mobile nō potest numerare nisi partes actuales in motu. sed tales p̲tes sunt finite ⁊ nō infinte nec potest illas partes numerare sine implicatōne ꝯtradictōnis.

Ar̃ Quies infinita nō requirit subiectũ infinitũ. ergo nec motus. Probatur ꝯn̄a q̄a quies est motus ꝑuatio ⁊ ph̄s in textu ostendit q̄ q̄cquid ꝯuenit vni ꝯuenit alteri. An̄s patet. q̄a terra tota in infinitũ quiescit. ⁊ tamen nō est infinita. Solutio nō est simile q̄a illud qd̓ quiescit manet p̲ totum in eodem loco. sed mobile continue locum mutat. ⁊ sic ex mutatione illa surgit diuisio in p̲tes tam t̲pis q̄ꝫ spacij q̄ꝫ motus. ⁊ ergo ꝓpter ꝓportōnem oīm istoꝝ sequitur si vnũ est finitũ reliquũ etiam erit finitũ.

Querit̃ Quō ph̄s ꝓbat q̄ omne qd̓ stat mouetur Solō om̄e quod stat natum est moueri sed non quiescit. ergo mouet̃ Maior ꝓbatur. quia q̄ñcunq̄ꝫ priuatio ⁊ habitus cōp̲antur ad idem subiectum tunc necesse est alterũ illoꝝ inesse. ergo omne quod aptũ natũ ē moueri mouet̃ vel quiescit. Minor ꝓbat̃ quia stare est ad quietem tendere. ḡ nondũ quiescit. vnde dicit Albert⁹ in cōmentarijs q̄ stare vocat̃ inꝓposito mutatio ad quietē. Cũ em̄ post motũ res sit in q̄ete an̄ quietē ē vltima p̲s motus q̄ñ res incipit stare qd̓ hic vocat̃ statio. Et hec statio in motu naturali ē velocior ip̄o motu in violento ē tardior ip̄o motu. sꝫ in motu volũtario aliq̄ñ ē eque velox. aliq̄ñ nũc tardior aliq̄ñ velocior. ⁊ ergo cũ ē stare adhuc mouetur.

Querit̃ Quot rōnib⁹ ꝓbat ph̄s q̄ om̄e qd̓ stat stat in t̲pe Solutio duab⁹. Prima om̄e qd̓ mouet̃ in tempore mouetur sed om̄e qd̓ stat mouet̃. ergo in t̲pe mouet̃. Minor patꝫ ex dictis.

Scd̓a rō quicquid determinatur per velocius ⁊ tardius hoc est in t̲pe. sꝫ stare determiat̃ p̲ velocius ⁊ tardius. ḡ om̄e qd̓ stat stat in t̲pe.

Querit̃ Quid dicit̃ stare in toto tempore. Solutio ph̄i illud quod stat s̄m quamlibet partē t̲pis. Quia si nō staret s̄ꝫ quālibet partē tunc staret solũ s̄m vnā partē. ⁊ sic idem incōueniens sequeretur q̄ supra illatũ fuit q̄ñ dcm̄ fuit de diuisione mot⁹ ꝓportionabiliter ad diuisionē t̲pis in aliquo tempore prius stat īmediate illius t̲pis. Quia om̄e quod stat in aliquo t̲pe stat ꝓ qualibet p̲te illi⁹ t̲pis. sꝫ ꝑmũ cui ꝯuenit statio nō p̄t esse indiuisibile. eo q̄ in indiuisibili nō saluat̃ esse mot⁹ ex q̄ mot⁹ est quoddā ꝯtinuũ quod ex indiuisibilib⁹ cōponi nō potest. sed semp̲ qualibet parte data cōtingit accipere priorē in qua fuit motus sꝫ illud qd̓ stat̃ siue sistit̃ vt ꝓbatũ fuit mouet̃. ḡ sicut motus non ē in indiuisibili sit nec stare. Si igit̃ det̃ ip̄m in q̄ statur esse diuisibile tũc oportet q̄ statio sit in qualibet parte eo q̄ motus ⁊ statio sunt cōtinua ⁊ stant p̲ p̲tes t̲pis. Quia ergo ad-

aduenīūt per alteratiōem. Maior est manifesta. q2 alteratio abijcit aliqd a substantia mobilis z non aduenit nisi per motuz z inquietatiōem corporis et passionū sensibiliū. Minor probat. Quia eo modo acquirit scia quo modo est vsus fm scientiam. quia per vsum scia ꝯseruatur. z per vsum acquirit. s3 non p̄t aliquis vti scientia si abūdent in eo passiones. sicut in pueris qui instabiles sunt propter inquietudinem ꝯplexionis. eo ꝙ in eis cōplexio multum abūdat subtilis hūoris qui est facile mobilis z in eis est calidū multum. licet calor non sit ita acutus sicut in iuuenib9. z ille calor multum mouet. z sic confusio motuum corporis impedit actum anime per intellectum. et sic species accepte ab ipsis ꝯtinue mouentur z non ordinate et pure deferūtur a spiritib9 aīalibus. z ideo super eas nō p̄ot figi lux agentis intelligentie vt resultatōnes vniuersales ponat in intellectu possibili. Et simile huius est in formis resultantib9 in aqua fluente ille enim sunt ꝯfuse z distincte videri non possunt. Et ergo dixit plato ꝙ est in pueris sicut in dormiēte z ebrio z infirmo ex hūore cerebri infecto Quia sicut ebri9 non ꝯsiderat bū nisi indigesto vino cuius calore z hūore phantasmota distincta esse non ꝑmittebantur et sicut dormiens humido frigido descendēte a capite et sicut habet ligatas virtutes animales precipue exteriores sicut infirmus humore naturali opilante impeditur ab apprehensione ordinata in quadam amentia. ita pueri propter humidum fluidum opilans cerebrum z dissipans imagines apprehensas non bene iudicant fm sapientiam prudentiam z scientiam. sic ergo non est factus sciens ꝑ alterationem quando aliquis dormiens surgit vel ebrius post digestionē vel infirmus reordinet in capite. ita etiam ille qui primo accipit sciam. et ideo non est alteratus in intellectu ab aliquo mouente Ebrius em̄ vel dormiēs vel infirmus non poterat vti scia fm actum. sed facta tn̄ mutatione ī corpore non in intellectu per quam mutatiōem corpus venit in statum ordinatum tunc potest vti scientia. quia quies ꝑturbatōnis in corpore est quedam restitutio intellectus vt resultare possint in ipso que ante non resultabant. Et hac de causa infantes nō possunt addiscere in etate infantuli et etiam cū primo incipiūt indicant de rebus non similiter bene presbyteris hoc est seniorib9 in quib9 iam est quies facta.

Queritur Quibus de causis fit status turbationū. Solō alberti post phm pluribus p̄mo a natura qn̄ etas debita accedit z hoc est cōmune in oib9 Aliqn̄ fit per studium ordinans passiones Operant aūt ad cedatōem passionū exercitia bona et liberalia. et precipue ꝟtus que est castitas q2 pctm̄ in cōtinentie subijcit hoīem passionib9 q̄ impediunt intellectus cōprehensionē. sicut in pueris. Quod em̄ in puer2 facit etas. hoc est luxuriosis passio. z ergo pctm̄ luxurie a pho in ethicis īter puerilia ꝯputatur in vtrisq3 aūt his accidit intellectus facta in corpore q̄dam alteratione sicut dictū est de dormiente qui digesto hūido frigido organis sensuum solutis surgit et fit vigilans ad actum. Ex quib9 oīb9 manifestuz est ꝙ solū est alteratio vera in corꝑib9 distictis sensibilib9 q̄titatib9 et etiā in sensibili ꝑte aīe exteriori z īteriori q̄ est ꝯcupiscibilis z in nullo alio et ergo ꝑtes aīe sensibilis cū indigeant corꝑe non pn̄t fm illos actus fm quos eo indigent separari.

Querit Quare phus non probat intentum suum in qualitātibus secūde spēi sicut in aliis. Solo alberti. qꝛ in illis manifestū est. Quia naturales potētie et impotentie non mutant nisi mutatis formis substantialibus siue subiectis ex quo oriunt a principiis substantialibus. Sed alteratio est quando subiecto inuariato fit mutatio in qualitatibus. et ergo alexander peripateticus dixit naturales potentias esse substantias

Ar Durum et molle notant naturales potentias et impotētias. vt dicit phus in p̄dicamentis. ꝛ tū ꝑm ea est alteratio Solutio alberti durū et molle dupliciter dicunt. Uno modo ab aliena hūiditate vel siccitate. Alio modo a propria. p̄mo modo non sunt naturales potentie. vel impotentie. et fit in eis mutatio sine mutatione substantialium Secūdo modo non variantur sine variatione substantie et tūc est generatio ad ea ꝛ non alreratio.

Secundus tractatus

☞ Queritur. quid facit phus in scd̄o tractatu huius libri. Solutio determinat istam questionem. Utrum oīs motus sit oī motui ꝯparabilis vel nō. per eque velox ꝛ magis et minus velox.

Querit Quō arguit ad ꝑtem negatiuā Solutio sic Quia si oīs motus oī motui esset ꝯparabilis. tunc motus circularis motui recto erit cōparabilis. ꝑm ꝓportionē velocitatis. ita ꝙ possumus vere dicere ꝙ aliquis motus circularis ꝑm velocitatē est equalis motui recto. aut minor ipo aut maior. ꝛ sic sequeret ꝙ alteratō ꝛ locimutatio essent ad seinuicē ꝯparabiles. ꝛ sic passibilis qualitas erit equalis q̄ntitati. Quia locimutatio fit ꝑm q̄ntitatē spacii. et alteratio ꝑm passibilē q̄litatē. ſ incōueniēs est illa ꝯpari. ergo etiā p̄mi motus ꝯpari non p̄nt Quia alias linea recta et circularis ꝯpari possent. Qꝫ aūt passibilis qualitas non potest ꝯpari londitudini p̄tꝫ Quia qd̄ non habet quātitatem nō p̄t alteri cē equale. ſ passibilis qualitas nō habet q̄ntitatem. ergo non potest esse alteri equalis.

☞ Queritur. Quō e regione phs arguit ad ꝑtem affirmatiuā ꝙ motꝰ circularis ꝛ rectus p̄nt ꝯpari Solo sic. qꝛ motus sursum ꝛ deorsum possunt ꝯpari ad inuicem. ģ motus rectus et circularis. Consequentia ꝓbatur a sili. qꝛ sunt motus locales.

☞ Queritur. Quō debet solui rō illa Solutio ꝑ draꝑ inuctionem quia motus sursum et deorsum fiūt per spaciū vnius speciei. ergo p̄nt i velocitate ꝛ tarditate compari. ſ sic nō est de motibꝰ circulari ꝛ recto. ģ nō possunt sibi inuicem ꝯpari. qꝛ nō fiunt ꝑ idem spacium

☞ Queritur. vtrū p̄t vere dici ꝙ motus circularis est velocior vel tardior recto ſ nō eq̄lis. Solo phi non. qꝛ vbicunqꝫ reperit velocius ꝑ tardius ibi etiam reꝑitur equeuelox

☞ Querit. quō phs soluit dubitatōem motā Solutio ꝑ hoc ꝙ ostēdit que ad ꝯparatōem req̄runt q̄ sꝫ tria. Primū est. ꝙ illud in quo fit ꝯparatio sit vniuocū. ꝛ ģ ista nō est ꝯparatio bona stilus ē acutior vino. angulo et vls

tima voce in neumatibus Quia acutum equiuoce reperitur in istis Quia acutius in stilo vel angulo est quod pungit vel penetrat tactum. et acutius in vino est quod penetrat in linguam siue pungit gustum. et acutius in neumate vltio. in acumine. Dicitur illud quod fortius penetrat in auditum. Et sic propter equiuocationem non possunt predicta comparari Sed vltima nota in acumine comparabilis est voci vel neumati minus acuto. quia acutum in illis est eiusdem rationis

Queritur Quomodo phus arguit contra predictam conditionem. Solutio sic. quia aliqua conueniunt in vniuoco. et tamen non sunt comparabilia. Probatur quia aer et aqua conueniunt in multo vniuoce. et tamen non comparantur in eo Quod multum sit vniuoce in eis. Probatur. quia multum idem est quod tantum et amplius. si igitur quod dictum est verum est tunc aqua deberet esse comparabilis aeri per multum et paucum et hoc non est verum. Et si dicatur quod multum non est eiusdem rationis in aere et aqua. tunc accipiatur duplum. Quia illud. in omnibus videtur esse eiusdem rationis. et tamen non comparantur aer et aqua in eo. quia non possumus dicere quod aer sit duplus ad aquam quia sic etiam esset equalis sibi. et sic calidum esset equale frigido. et spirituale corporali quod falsum est. ergo non sufficit vniuocatio rationis

¶ Queritur. Quomodo phus soluit predictam obiectionem Solutio sic. quia dicit quod predicta multum et duplum si physice considerentur equiuoca sunt.

Queritur Quomodo ostendit hoc phus Solutio per definitiones eorum. Unde secundum albertum possunt dupliciter definiri. Uno modo logice secundum quod abstrahunt ab hoc et ab illo. et a quolibet multo et duplo. et hoc modo erunt eiusdem rationis definitiones istorum. Alio modo possunt definiri physice secundum esse quod habent in his que sunt multa et dupla. Et hoc modo non sunt in aere et aqua eiusdem rationis

¶ Queritur. quare ponuntur eadem in definitionibus istorum multi scilicet in dupli secundum quod de diuersis. dicuntur. Solutio alberti. quia non habemus propria nomina definitiua multum et duplum secundum quod variantur in singulis naturis Et ergo dicimus multum esse quod habet tantum et amplius. et duplum quod est sicut duo ad vnum et tamen definitiones iste secundum esse physicum accepte in diuersis sunt diuerse et equiuoce. Quia cum dicimus multum in aere esse quod est tantum et amplius. et duplum quod est sicut duo ad vnum. illud tantum et plus quod ponitur in definitione multi non erit eiusdem rationis cum eo quod dicitur multum aque. et duplum aque. sed potius tantum erit equiuocum et similiter plus et duo erit equiuocum. et vnum. quod ponitur in definitione dupli. Quod autem duplum sit equiuocum patet sic ostendi. Quia secundum diuersas rationes de multis dicitur. Quia aliquando aliquid dicitur esse duplum alicui secundum mensuram linealem. aliquando secundum superficialem. aliquando secundum corporalem. Etiam omnia quatuor dicuntur dupla omnibus duobus secundum multitudinem acceptam. penes illas rationes discretiuas secundum quas illa dicuntur quatuor. et illa dupla. tamen simpliciter non omnia quattuor sunt omnibus duobus dupla. Quia quatuor linee pedales. hoc est quarum quantitas vnius pedis non sunt duple duabus lineis bipedalibus. id est quarum quelibet est bipedalis sed sunt eis equales vt manifestum est Eodem modo in qualitatibus dicimus quod albedo pueri est equalis albedini viri secundum intentionem. et tamen non est ei equalis secundum extensionem Et sic aer potest esse duplex aque secundum magnitudinem extensionis. quia sic duplex est hic et ibi eiusdem rationis et vniuocum. Similiter secundum substantiam materie potest aer esse duplex aqua. quia in duplo plus est hic. quam illic de ma-

teria. sȝ ꝫm substātiam formalem non potest hoc dici illi equale vel dupluȝ Quia forme eorum nō sunt eiusdem rōnis. ergo non sunt adinuicem proportionabiles

Queritur Que est secunda conditio ad ꝯpationem requisita Solutio. phi ꝙ forma illa in q̄ aliq̄ duo ꝯpanẜ habeat in ꝯpabilibus idem ꝓximuȝ susceptiuū siue subiectum. Unde plato voluit ꝙ inter res nature duplex repitur diuersitas. vna q̄ aliq̄ dicuntur diuerse. qꝛ rōnes eaꝝ sunt diuerse. sicut canis hoc modo se habet respectu canis latrabilis sy deris celestis ⁊ belue marine. Alique res sunt diuerse nō quia rationes earuȝ sunt diuerse. sed tm̄ quia susceptibilia siue subiecta earum sunt diuersa. sicut multum in vino ⁊ in nūerus et in aere. Et similiẜ duplum et dimidium in discretis ⁊ cōtinuis. et hoc modo forte aliquis dicet velox esse diuersum in recto ⁊ circulo. qꝛ scȝ susceptiuum est diuersum. Et sic equus et canis possunt ꝯpari in altꝫdine. eo ꝙ susceptiuum eorum quod est superficies vel magnitudo est eiusdam rationis in equo et cane. Aqua vero et vox non possunt ꝯpari in grauitate licet vtrūqȝ eorum dicatur graue. Quia in eis non est subiectum grauitatis eiusdem nature siue eiusdem rationis Etiā non possunt ꝯpari in magnitudine. Quia ꝓximum subiectnm magnitudinis aque est substantia. ⁊ proximū subiectum magnitudinis vocis est sonus. qꝛ vocis magnitudo fundatur in magnitudine soni proximi.

Queriẜ Quō phus improbat illam opinionem platonis Solutio duplici ratōe. Prima qꝛ plato videbatur intēdere ꝙ grauitas in voce ⁊ in aqua essȝ ꝫm se similis nature et eiusdē rōnis Et similiter acuties in stilo et vino. sicut albedo in equo ⁊ cane. et non esset drā nisi in susceptiuo. sȝ hoc falsum est. Quia tunc sequeretur ꝙ oīa sunt vnū et vniuocum quecūqȝ sunt in diuersis subiectis Quia possumms dicere de oībꝫ ꝙ vnūqdqȝ eorum est in alio et in alio subiecto. ⁊ sic quale vbicunqȝ sit idem erit in ratione. et dulce siue sit in voce siue in melle. quia de omnibꝫ talibꝫ dicimus ꝙ sunt in rōne vna. et in alio et alio subiecto Sequela probaẜ qꝛ non plus drūt ꝫm se albedo et dulcedo q̄ȝ grauitas vocis et aque nisi tm̄ in noībꝫ de quibus nō est curandū. qꝛ sunt ad placitum ipo sita. Secūda ratio est. qꝛ plato videẜ dicere ꝙ eadem dispōtio siue dispōes eiusdē rōnis habeant aliqn̄ subiectum vnū et idem. et aliquādo diuersum quod non videtur verū. Quia subiectum siue susceptiuum vniuscuiusqȝ non debet esse ꝯtingens sȝ propriū ⁊ per se subiectuȝ. ⁊ tale est vnū. ⁊ ergo est in definitōe accn̄tis. vt dꝛ septimo metaphysice Et sic non erūt illa vere vniuoca q̄ habent diuersa subiecta ꝫm genus vel speciē. Et sic plana ē solutio de multo duplo. ⁊ veloci. ⁊ moto rcō et circulari. Quia non sufficit ad ꝯpatōem vnitas definitionis logice que daẜ in cōi. et sic multum in cōtinuis ⁊ nūeris. ⁊ in liquidis ⁊ aridis non companẜ.

☞ Queriẜ Que est tertia conditio requisita ad ꝯpatōem Solutio ꝙ illud in quo fit comparatio debet esse spēs specialissima. et ergo in genere nō fit comparatio sicut coloꝛ habet diuisionem in species. hoc est genus est. et ideo album et nigrum in eo non cōparantur. non enim querimus vtrum album sit coloratius nigro in duplo vel triplo. Sed fit com

paratio fm colorem in specie. Querimus em̄ vtrum om̄is canis sit albior equo. Et ista tertia conditio includit duas p̄cedentes. Quia omnis sp̄es specialissima est vniuoca. ꝛ habet etiam vnū p̄mū susceptiuum.

Querit̄ Q̄ uo p̄hus applicat predicta ad cōparationē motuū. Solutio dicit ꝙ eadem que requirunt̄ ad ꝯparatōem requiruntur etiam ad compatōem motuum. Et ergo non bene cōparant̄ alteratio et locimutatio. penes equeuelox. Quia equeuelox est q̄d equali tempore mouetur fm equale. ita ꝙ si duo mobilia moueantur localiter ꝛ pertransiant equalia spacia. debent moueri equelociter. Et si duo alterentur ꝛ acquirunt qualitates similium graduum dicuntur alterationes equales. et ergo bene dc̄m est si vnum mobile moueat̄ localiter ꝛ aliud alterat̄ ꝙ non est equeuelox motus. Quia tales motus non sunt eiusdem speciei. exquo motus in cōi diuidit̄ in alteratōem ꝛ locimutatōem

Querit̄ Utruꝫ oīs motus localis sit ꝯpabilis in velocitate om̄i motui locali. Sol'o non qꝛ rcūs non est cōpabilis circulari q̄uis sint eiusdē generis. eo ꝙ linea recta nō est cōpabilis circulari.

Querit̄ Que est causa ꝙ tales motus non sunt ꝯpabiles an est causa. qꝛ magnitudo non est eiusdem rōnis. vl' mot⁹ nō est eiusdem rōnis cum tempus non potest esse causa. Exquo hoc est in atomo. h̄ est in indiuisibili. ꝛ vnum oīm tp̄aliū . Solutio p̄hi vtrūqꝫ illorum est causa nonꝯpabilitatis eorū sed diuersimode qꝛ diuersitas magnitudinis mobilis est cā remota. ꝛ diuersitas motus est causa ꝓpinqua. quare non comparantur. qꝛ illa causant̄ a diuersitate magnitudinis.

Ar Corpus sphericuꝫ ꝛ cubicū p̄nt esse equalia. videt̄ ꝙ motus circularis ꝛ rectus p̄nt cōpari Añs pꝫ. qꝛ si sumūtur portio cere sperica. ꝛ cubica equales. tunc sperica potest fieri cubica. cum ergo neutra sit augmentata ꝛ diminuta sequit̄ ꝙ spacium rc̄m ꝛ circulare p̄nt ꝯmēsurari et per ꝯn̄s tales motus. Solutio q̄uis corpus spericum potest equale esse cubico ꝛ econtra. tamē sub illis figuris stantia et manentia non p̄nt eē equalia. ꝛ ita non sequit̄ ꝙ mot⁹ rect⁹ ꝛ circularis possunt esse equeloces.

Querit̄ Utrum motus ascensionis potest cōparari motui descensionis cum tamē sunt ambo recti. Sol'o alber. nō quia non sunt eiusdem rationis sed sp̄e diuersi. ꝛ sic velocitas eorum non est vnius rationis. quia vbi fluens non est eiusdem rationis et nature acceptum saltem physice.

☞ Queritur. vtrū motus qui fiunt penes diuersa instrumenta possunt adinuicem compari sicut motus volationis qui fit per alas. et ambulationis qui fit per pedes Solutio p̄hi ꝙ sic. qꝛ motus qui fiūt ꝑ diuersa instrumenta nō differūt nisi penes figuraꝫ. qꝛ aliter fm figurā transit volās ip̄m spacium. et aliter ambulans. Et ideo si fm vnam lineā fiant pura rectam possunt dici equeueloces vel minus vel magis veloces. exquo figura non dat nisi accn̄talem dr̄am. sicut dt̄ p̄hus. Si vero volatio fiat ꝑ lineam rectam. et ambulatio per lineam circularem. tunc differunt motus illi specie ꝓpter diuersitatem spacij nec sunt cōpabiles

tunc est comparatio et equalitas p accñs. quia talis equalitas non est per se sed per subiectum suum. Si vero respiceremus ad passionem tm que fluit in motu alterationis tunc comparatio est imperfecta. qz non est penes oia q sunt in motu z est ipropria. quia in qualitate non est equalitas sz silitudo Si aut ad solu tps tuc ꝯparato fieret penes extrinsecu ad. igit ad ꝯpatõez alteratõnu requirit ꝙ z nõ penes id qd e motib intrisecu oia predicta respiciamus. Quia vero in alteratione repit duplex velocitas. vna fm intẽsionem qualitatis. alia fm extensionẽ eius in ptes. Ad pmã compatõem requiritur respectus ad qualitatem. Ad scdam vero requirit respectus ad subiectum quod est quãtum. z sic ad perfectam ꝯpatõem reqrunt pdcã.

Querit Quo requirunt ad ꝯpatiõem generationu z corruptionum. Solutio. generationes z corruptiones dicuntur equeueloces si in equali tempe generent vel corrupant. due res vnius speciei atome. id est specialissime sicut in equali tempore generent duo homines vel duo asini non autem si duo aialia. qz aial genus est non species atoma. Si vero vna res generet in maiori tempore q alia tunc nõ sunt equeloces. Non sunt aut in compatione generationu z corruptionum noia duo sicut in motu locali z alteratõnis. qz cu compant motus. qui sunt in qntitate tunc equalitas motuu ppo noie vocatur equalitas z qn ꝯpam alterationes tunc ꝯuenientia z disꝯuenientia eaꝝ vocatur similitudo et dissimilitudo vt visum est. qz in motu locali est spacium qd est equale vel inequale. et in alteratione est intensio qualitatis vel remissio. Hic vero ppria noia non habemus. qz vnu qd est in substantijs dz absolute et non est in pluribz vel duobz ꝯpatis ad inuicem penes substantiam. sz potius simpliciter est in vno. Et forma substantialis non est maior vel minor extensiue nec suscipit intensionem vel remissionẽ intensiue.

Queritur Utrum nũerus potest esse nomẽ cõmune sicut dixerũt pictagorici qui omes substantias ex nũerus ꝯposuerunt ita ꝙ due generationes essent equales quãdo sunt fm numerum vnu. et inequales qn sunt fm numeru diuersum plurem vel minorez

Solutio non quia equocum est illud qd est plus in substantijs z in numeris. qz em solum proprie loquendo qtum est maius. g equocatio est quãdo plus z excellens attribuitur comparatõni generationum duarum vel plurium.

☞ Queritur. quare phus non facit mentõem de comparatõne generationu augmẽtationu z diminutionu Solo alberti. qz eadez ratio est in illis fm locimutationibz. vt satis manifestum est.

☞ Queritur. Quot sunt regule ꝯpationis motuum Solo sunt sex. quarum pma sumitur fm dimensionẽ mobilis z est ista. Si aliqua vtus moueat aliquod mobile p aliquam longitudinez siue spaciu in aliquo tpe tuc eadem virtus vel similis mouebit medietatem illius mobilis per duplex spacium in eodem tempore. Et ratio est. Quia eadem est proportio totius spacij ad totam potentiam z medij spacij ad mediam potentiam. Si ergo diuidat mobile tunc duplicat spaciu propter victoriam mouẽtis super mobile. z sic mouebit in eodẽ tpe. p duplex spacium

Septimi libri physicor

Ar Non sequitur si aliquod mouens moueat aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spatium q moueat medietatem mobilis per duplex spatium in eodem tempore. ergo regula est falsa. Probatur. quia non sequitur sortes portat decem talenta per vnum miliare in vna hora. ergo portabit quinqz in eadem hora per duplex spacium siue per duo miliaria. vt manifestum est Solo. regule iste non tenent descēdendo ad speciem mouentium et mobilium. quia ad verificandum regulas istas requiritur q mouens habeat tantum virtutem actiuam et mobile tantum passiuam. sed hoc non reperitur in motibus naturalib et animalib quando cō siderātur in esse eorum completo.

¶ Secunda regula est si aliqua virtus mouet aliquod mobile per aliqd spacium in aliquo tempore tunc eadem vel equalis virtus mouebit medietatem mobilis per idem spacium in medietate temporis. Quia si diuidatur mobile tunc mediatur tempus.

¶ Tercia regula est. si aliqua virtus mouens mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore. tunc media virtus mouebit medietatem mobilis per idem spacium in eodem tempore. Ratio est. quia in hoc seruatur proportio mouentium ad mobilia. quia fm eandem proportionem fm quam se habet tota virtus mouens ad totum mobile fm eandez se habet pars virtutis mouentis ad partem siue medietatē mobilis

¶ Quarta regula est negatiua et est ista. Si aliqua virtus moueat aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore. tunc non est necessarium q equalis potentia moueat duplex mobile per medium spacium in equali tempore. Cuius ratio est. quia potentia mouens nō potest hoc duplex mobile mouere. ex quo stat potentiā mouentem precise ad suū mobile simplex limitatam esse

¶ Quinta regula est etiam negatiua ista. Si aliqua virtus mouet aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spacium nō oportet q media virtus moueat idem mobile per medium spacium in duplici tempore. Cuius ratio est fm dominū Albertū. quia contingit q triginta homines moueant nauim et tn̄ diuiso spacio in triginta partes stat q nullus illorū solus potest trahere nauim per aliquam partem spacij. quia vnus solus non potest mouere nauim. eo q non est necessarium si tota virtus mouens potest in totum mobile quod pars virtutis mouentis posset etiam super totum mobile

Queritur Que fuit opinio zenonis falsa circa regulas predictas Solo hec si totus modius milij cadens deorsum facit sonum q tunc quodlibet granum milij cadens deorsum faciet sonuz proportionabilem sue quantitati.

Queritur Quomodo phus improbat illam opinionem. Solutio sic. q posset tantum diminui grauitas q non esset sufficiens et potens diuidere aerem ad sonandum. sicut videmus parua cor

pora terrestria puta atomos in aere contineri. quia non habent potentiam
aerem diuidendi. conuenit eñ parti aliquid quãdo ẽ cum toto. quod nõ cõ-
uenit sibi quando accipitur vt diuisa a toto. et sic virtus vnius partis est
disponens ad alteram. ⁊ illa ad terciam donec ex virtutib⁹ partialibus col-
ligatur virtus totius. ⁊ tunc vltima pars est complens dispositionem oĩm
p̄tiũ p̄cedẽtiũ vltimã. ⁊ h̄ ignorauit zeno. sicut p3 in cauatõe lapidis Et h̄
dupl'r. ɔiũctim vel diuisim. Cõiũctiȝ. sicut in modio milij sonãte. qðlibet eñ
granũ affert virtutem sonandi modio ſm ꝙ componitur cum alio. ⁊ id qð
vltime additum est complet mensure sonantis quantitatem. ⁊ illud cum
alijs educit potentiam sonandi ad actum. Diuisim vero in guttis cauan-
tib⁹ lapidem. quia vna illarum non cadit cum altera nec remanet cum ipsa.
et tamen non quelibet rodit aliquid de lapide. sed vna post aliam cadendo
disponit vt aliquid de lapide separetur. ⁊ cum sufficienter dispositus est la-
pis tunc venit vna ⁊ tollit hoc de lapide quod dispositum fuit ad separati
onem. vt dicetur in principio secũdi tractatus octaui libri.

¶ Sexta regula est. si sunt due virtutes separate proportionate quarũ que
libet moueat aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore. tunc
congregatum ex illis duabus virtutibus mouebit congregatũ ex illis mo
bilibus per idem spacium in equali tempore propter eandem ꝓportiõem to
tius ad totum ⁊ partis ad partem

Querit̃ An regule predicte etiam sunt vere in augmentatione
et alteratione. sicut in motu locali. Solo phylosophi
sic. quia in omni motu augmentationis est aliquid augens. aliquid qð au-
getur. et in aliquo tempore augetur. et ſm aliquam determinatam quanti
tatem augens auget. ⁊ auctum augetur. Et sic est etiam in alteratione. q̃
ibi est alterans alteratuȝ ⁊ ibi est etiã quantitas intensiua forme alterabilis
iuxta prius dicta. ⁊ alteratio fit in aliquo tempore determinato. Et illis
suppositis dicimus ꝙ si aliqua virtus totalis alterat aliquod totum altera
bile in aliquo totali tempore ſm aliquam qualitatem siue passionem tunc
eadem virtus alterabit medietatem eiusdem alterati in duplo passionis in
eodem tempore. Et similiter dicendum est de augmentatione. Et regule
alie etiã possunt verificari in illis duob⁹ motib⁹.

Et tantũ de Septimo libro
physicorum Arestotelis

Octaui libri physicorū.

Trum autē factus
sit aliquando motus. cū nō essz ṗus

Iste est Octauus liber physicorum Arestotelis in quo phus determinat de primo motu ⁊ primo motore. Et partitur liber iste in quatuor tractatus. In ṗmo tractatu mouet vnam questionem istam scꝫ. Utruꝫ ṗmus motus sit perpetuus ita ꝙ nunq̄ꝫ incepit nec vnq̄ꝫ desinet naturaliter. In secūdo tractatu ponit diuisionem ⁊ dispositionem entium. In tercio ostendit quis sit primus motus ponens ꝯditiones ipsius. scꝫ ꝙ sit sempiternus siue ꝑpetuus. In quarto agit de ṗmo motore.

Querit̄ Que est questio quam phs in exordio istius libri mouet Sol'o ista. vtrum motus aliquādo sit factus siue generatus. ita ꝙ aliquod fuerit tempus preteritum in quo nullus fuit motus in aliqua parte mundi. aut etiam motus desinet siue corrumpetur aliquando in tempore futuro. ita ꝙ nihil continget moueri omnino. eo ꝙ primus motus non erit amplius. Aut sic est ꝙ motus semper fuit a parte anteriori siue in tempore p̄terito. et semper erit in parte posteriori in tempore futuro. ita ꝙ aliquis motus continuus ſm omne tempus inest entibꝫ que ſm naturam sunt. vt immortalis ⁊ inquietus. sicut vita inest his que subsistunt ſm naturam.

Querit̄ Utrum motus primus sit quedam vita omnibꝫ deorsum subsistentibꝫ Sol'o. propositio illa potest dupliciter exponi. Uno modo vt sit locutio effectiua ſm hunc sensum. id est motꝰ ṗmus causat vitam in inferioribus. et sic est vera. nec tamen phylosophus videtur illum sensum intendere in textu. Alio modo potest exponi vt sit locutio formalis ita ꝙ formaliter motus esset vita. et sic propositio non est vera si sit locutio propria. sed si sit locutio metaphorica sic est vera. et illa est intentio phylosophi ſm expositōem domini Alberti. quia sicut in viuis est anima cuius actus continuus in corpus est vita. ⁊ non existente anima non est vita in animalibꝫ. ita per similitudinem motus vnus ꝯtinuus ⁊ inquietus est causa influens omnibꝫ transmutabilibꝫ ꝯtinuitatem ⁊ inquietudinē per hoc ꝙ ipse est primus motus

Ar̄ Cessante motu celi erit vita in omnibꝫ viuentibꝫ. igitur prima expositio propositionis videtur falsa. Antecedens ꝓbatur. quia post resurrectionem mortuorum homines viuent. ⁊ tamen celum cuius motus ordinatur ad continuationem generationū quibꝫ numerus complebit electorum tunc non mouebitur Solutio. stante prima expositione motus celi est quedam vita omnibꝫ deorsum subsistentibꝫ ⁊ viuentibꝫ vita naturali et corruptibili. dicente pho primo metheororū ꝙ necesse est hūc mūdum inferiorem esse ꝯtinuū lationibꝫ superioribꝫ vt tota eius virtus inde gubernet̄ sed post resurrectionē homines viuent vita nobiliori incorruptibili que nullo indiget nutrimento.

Queritur Utrum certum sit motum esse. Solo phi sic. qz omnes antiqui qui naturaliter sunt locuti affirmauerũt motum esse. quod sic ostenditur. quia ipsi dicunt mũdum esse genitum ꝛ iteruz corruptibilem. ita ꝙ corruptio vnius est generatio alterius. sed impossibile est generationem et corruptionem esse nisi sit motus. quia sicut in priorib⁹ libris ostensuz est generatio et corruptio vel sunt mot⁹ vel nõ sũt sine motu

Queritur Quomodo phus procedit determinando questionem de perpetuitate motus. Solo primo ponit opiniones eorum qui dicebant motum semper esse. Secũdo ponit opiones pro parte contraria. Quo ad primum dicit ꝙ quidam phi quanti. id est famosi posuerunt infinitos mũdos. sicut Democritus ꝛ sequaces eius. et illi dicũt motum semper esse. Et ratio est. quia quandoqz per segregationem corporum atomalium vnus mundus corrumperetur in vna parte totius vniuersi. et generaretur nouus mũdus in alio loco vniuersi per corruptionem corporũ atomalium. et quia talis generatio ꝛ corruptio mũdorum non fit sine motu. necesse est dicere ꝙ motus semper est. Et differt ista opinio ab ea que est Arestotelis. quia ipse ponit motum perpetuari in vno mũdo. ꝛ democrit⁹ in plurib⁹ mũdis.

Queritur Quomodo phylosophus arguit ad partem negatiuã predicte positionis autoritate antiquorum. Solo sic. quia aliqui ponebant solum vnũ mũdum. ꝛ illum non ponebant sempiternum. erga necessario habebant dicere ꝙ motus non esset sempiternus. Et ponit Arestoteles duos phos qui fuerunt illius opionis scz Anaxagoram et Empedoclem. Anaxagoras dixit ꝙ primum omnia homogenia simul immixta laterent in confuso chaos actu ꝛ essent in illo sine motu. et postea intellect⁹ actiu⁹ siue practic⁹ qui est separatus fecit hoc mixtum moueri per hoc ꝙ disgregauit latentia in ipso. ꝛ fecit exire in apertũ per hoc ꝙ plura vnius rationis existentia dominari in aliquo vno ipsorum inceperunt. Opinio igitur Anaxagore fuit ꝙ entia ante disgregationem quam petit intellectus fuerunt in tempore infinito quiescentia ꝛ sine motu. et dixit ea post factionez moueri perpetue. Et sic Anaxagoras posuit tm̃ vnum mũdum quem dixit incepisse per intellectum segregantem sic ꝙ nunquam possent fieri plures mũdi. Empodocles vero dixit mũdum infinities generari ꝛ corrumpi per litem ꝛ amiciciam. Tempore eñ litis fiebat disgregatio entium que finita fuerunt in quodam cõfuso chaos. ꝛ sic lis ex vno ꝯfuso faciebat multa per disgregationem. et hoc erat mũdum generari. sed quando cessabat lis ꝛ reuertebatur vniuersalis amicicia tunc omnia iterum congregabantur et fiebat vnum confusum chaos ex omnibus. et hoc erat corrumpi mũdũ. Et sic Empedocles dixit entia moueri ꝑ segregatõez vl' ꝯgregatõez. ꝛ in tpib⁹ medijs dicebat entia quiescere sine motu ꝛ illis modis dicebat factionem ꝛ corruptionem mũdorum infinities sibi succedere. ꝛ sic tpe amicicie elementoꝝ non est aliquis motus.

Queritur Utrum dictum anaxagore potest aliquo modo sustineri. Solo. simpliciter loquendo inter omnes phos

Anaxagoras maxime concordat fidei. Quia vt inquit Albertus per intel-lectum segregantē intellexit intelligentiam primā. que formis idealibꝫ agit vnūquodqꝫ de oculto ad aptum. Et sic per chaos tunc deberet intelligi possibilitas rei siue nihil creabile quod vocatuꝫ est per talem intellectū sepatū in actū essendi in hoc nihilominus errauit ꝙ dixit entia oīa actu existere in illo confuso chaos nisi forte chaos vocauit intellectū diuinū ꝓpter eiꝰ inscrutibilitatem sicut iudiciū illius intellectus dr̄ abissicibile id est ꝓfundum.

Queritur Que est necessitas terminandi questionē de primo motu. Solutio quia eius consideratio nō solū valet ad ab-solutam consideratōnem de rebus naturalibus sed etiam multū valet ad scientiā de ꝑmo principio. Quia si motus est sempiternus manifestū etiam motorē primū esse sempiternum.

Secundū capitulū

Queritur Quomodo phs ꝓcedit ꝓbando motū esse sempiternuꝫ. Solutio ponit vnā suppositōnem ꝑmo ꝛ scd̄o rōnes. Suppositio est ista. Ante omnē motū necesse est esse motuꝫ ꝛ mobile. Que suppositio manifesta est ex his que de motu data sunt tercio physicoꝝ. motus em̄ est perfectio siue entelechia mobilis ꝫm ꝙ mobile. Omnis em̄ perfectio est in eo quod perficit̄ ꝫm principia illius perfectōis. Et sic sine resumpta definitōne motus quilibet confitet̄. ꝙ ad hoc ꝙ motus sit necesse est mobile esse qđ illo motu mouet̄ qui dicit̄ perfectio illius ꝫm quemlibet motum. Quia nō alterat̄ nisi id qđ est alterabile. nec ferri potest ꝫm locū nisi id qđ ē ꝫm locum mobile ꝛ sic etiam de mouente. Quia motus etiam est actꝰ mouentis. ꝛ ideo motu existente necesse est mouens esse. ꝛ sic mouens ꝛ mobile prius sunt q̄ꝫ motus. Sicut combustibile est prius necesse esse q̄ꝫ motum combustionis qui est comburi. Et per eandē rōnem necesse est combustiuū esse prius q̄ꝫ cōburere. hoc aūt dupliciter est. Quia in oībus motibus qui sunt ad formā sicut sunt augmentū diminutio ꝛ alteratio oporꝫ ꝙ mobile sit ante motū ꝫm duplicem potentiā quaꝝ vna est ad esse ꝛ altera ad motū. Quia nō auget̄ nisi qđ possibile est augeri ꝛ non alterat̄ nisi quod possibile est alterari. ꝛ ante hanc potentiā oportuit illud qđ auget̄ ꝛ alterat̄ esse non aūt ē nec possibile fuit ipsum esse si ipm̄ esse incepit eo ꝙ omne qđ eē incepit a potentia essendi ꝓcedit ad actum. In motu autem locali id qđ est ꝫm formā substantialem statim operatur motum nisi fuerit prohibens. et ideo quod mouetur localiter nō est primo ꝛ postea mouet̄ localiter sed statī mouet̄ localiter si nihil fuerit ꝓhibens.

Queritur Quot rōnibus ꝓbat phs cōclusionē principaliter intentam. Solutio duabus rōnibus. Quaꝝ prima sumitur ex parte mouentiū ꝛ mobiliū. ꝛ secunda ex parte temporis. Prima est ista. Si motus incepit aut ergo incepit per hoc ꝙ mouens ꝛ mobile inceperūt de nouo. vel per hoc ꝙ mouens ꝛ mobile semper fuerunt. ꝛ tamen motus de nouo incepit. Non potest dici primū. quia tunc ante primū motū fuisset motus. Quia mouens ꝛ mobile nō inceperūt nisi per motum ex quo oīe

illud quod incipi per motũ incipit. Scd̃m etiã nõ potest dici. Quia si mo-
uens ꝛ mobile semper fuerũt ꝛ tamen nõ fuit motus hoc fuit ꝑpter aliquã
causam. quia scꝫ fuit aliqua indispositio in vno illoꝝ vel in vtroqꝫ ꝛ illam
oportuit tolli per motũ. g̃ iterũ ante pͥmũ motũ fuit alius motus.

Queritur Que est obiectio quã phs facit cõtra rõnem p̃dictam
Solutio hec duplicia sunt agentia. Quedaꝫ sunt na-
turalia que sunt sine intellectu ꝛ voluntate ꝛ illa agunt ad vnũ ꝛ non sunt
cõtrarioꝝ sicut ignis calore suo solum calefacit ꝛ nunqꝫ infrigidat quando
agit essentialem operatõnem ꝛ vix infrigidat ꝛ nunqꝫ essentiali actione ca-
lefacit. Alia sunt agentia volũtaria ꝛ illa sunt actiua contrarioꝝ sicut scien
tia ꝛ ratio. cuius est exemplũ vnus ꝛ idem medicus per suam scientiaꝫ me
dicinalem potest ꝛ interficere ꝛ sanare potest agere hoc vel oppositũ eiꝰ. Et
quia primũ agens siue mouens est agens per intellectũ ꝛ voluntatem ꝛ pu
re libere ideo idem existens potuit esse causa motus noui ꝛ quietis p̄ceden-
tis. ꝛ sic non oportuit remoueri causam quietis anteqꝫ inciperet motus cũ
eadem esset causa ꝛ quietis ꝛ motus.

Queritur Quomodo phus soluit illam instantiã. Solutio sic.
Quia dicit ꝙ quodãmodo simile est ꝛ quodãmodo dis
simile de agentibus potẽtia naturali ꝛ intellectuali. Simile quidẽ qa vtra-
qꝫ quandoqꝫ est actiua contrarioꝝ. Quia frigidũ aliquando calefacit ꝑ ac-
cidens. quando scꝫ accipitur vt conuersum ꝛ propellens a se calidum circũ-
stans. ꝛ ambiens ipsum ꝛ constringens in vnum locum in centro rei infrigi
date quod dicit̃ fieri per antiparistasim quomodo ventres in hyeme ꝛ ve-
re propter circũstans frigus loci ꝛ temporis sunt calidiores. Quis istud sit
per accidens sicut sciens per se recte considerat tamen voluntarius peccat
aliquãdo. quando non operatur ſm eam sciam que est in ipso sed reuertitur
ab ipsa ꝛ vtitur ea ad contrariũ. Dissimile quidẽ est. Quia agens natura-
le non agit per se nisi alterum cõtrarioꝝ. Agens autem voluntarium potest
per se ꝛ directe agere vtrũqꝫ licet sit principalius innatum agere vnum qꝫ
agere alterum. Iterũ tamen in alio est simile. Quia sicut agens naturale nũ
qꝫ agit vtrũqꝫ oppositorum nisi diuersarum dispositionum vel intrinsecaꝝ
vel extrinsecarum. Omnibus enim similiter se habentibus semper ageret
consimiliter. Ita agens voluntarium siue liberum potens agens vtrũqꝫ cõ
trarioꝝ non agit vtrũqꝫ sed vnũ per vnam conceptionem ꝛ vna conceptõe
numero manente non aget diuersa neqꝫ erit aĩal causa motus manente vno
nũero appetitu ꝛ ꝯceptõe ſm speꝫ q̃ mouꝫ appetitũ diuersaꝝ ꝯceptionũ ꝛ ap
petituũ cã ẽ id qd̓ occurrit in varietate tp̄is ꝛ motus perfecti ꝑ corpus. g̃
añ renouatõnem ꝯceptionũ ꝛ appetituũ erit motus in tp̄e ꝛ a corp̄e.

Queritur Quomo phus confirmat solutõnem nunc positã p̃dicte
instantie Solõ sic qa mouens ꝛ mobile ſm actum ac
cepta dicũtur ad aliquid. sed ea que sunt ad aliquid necesse ẽ esse aliquo mõ
mutata. vel ad minus necesse est alterum eoꝝ aliter se habere qꝫ prius ꝛ mu
tari. Si igitur mouens non semper mouit ſm actum ꝛ mobile non semper
fuit motum. necesse est ꝙ facta sunt mouentia ꝛ mota per transmutatõnem

Duplicia agentia [Naturalia / Voluntaria]

quia mouens aliter se habet qñ mouet ꝛ sic sequeret̃ ꝙ ante primũ motum esset mutatio prioꝛ. ꝛ si est mutatio ante primũ motum tunc etiam erit motus ante ṗmũ motũ qui est causa illius mutationis.

Querit̃ An rõnes iste procedũt ostendentes necessario mundũ et motum non incepisse. Solutio non sed solum ostẽdunt mundũ non incepisse per motum siue per generatõnem. sed non osten dunt eum non incepisse per creatõnem que est ex nihilo. ꝛ ergo dicit Albertus ꝙ Arestoteles dicit in libro suo de natura deoꝛum mundum a deo opifero esse creatum

Querit̃ Quomodo ꝓbat phus scđa rõne ꝙ motus est perpetuus ex parte tempoꝛis Solutio duo. ṗmo supponit ad hoc ꝓbandum. Primũ est ꝙ prius ꝛ posterius nõ pñt esse nisi sit tempus Cuius rõ est. qa prius ꝛ posterius ṗmo sunt in tpe. Et in reb9 non motis nõ sunt nisi ex hoc ꝙ tp̃s ponit̃ circa eas. Scđm ẽ ꝙ tp̃s nõ pt esse nisi mot9 sit. Quia ꝓpria passio nõ põt esse sine suo subiecto. sʒ tp̃s est ꝓpria passio mot9 Istis suppositis ꝓbat intentũ autoꝛitate ꝛ rõe. Autoꝛitate oĩm phoꝝ. qa oẽs phi dempto platone dicunt tempus ingenitũ esse hoc ẽ nunꝗ incepisse. sed solus Plato genuit tempus. id est dixit tempus esse genitum Et quia tempus est passio motus ideo etiam dixit motum incepisse qa dixit ꝙ celum incepit esse ꝛ moueri ꝛ tempus incepit esse cum illo ꝛ hec dixit incepisse a primo opifice. Ratõne sic ꝓbatur. Quia si tempus incepit tunc incepit in ipo nunc sed non potest incipere in ipo nunc. ergo tempus non incepit. Minoꝛ ꝓbatur. Quia sicut in quarto huius dictum est impossibile est intelligere tempus nisi per intellectum eius quod est nunc siue instans. sed nunc est finis preteriti. ergo ante ipsum est tempus preteritũ. ergo ante tempus fuit tempus quod est impossibile. ergo tempus non incepit. Et ex eadem causa nunꝗ desinet. Quia si desineret in aliquo nunc vltimo desineret. illud autẽ nunc erit initiũ futuri quod est post ipsum. ergo tempus erit postꝗ desiuerit quod est impossibile. ergo tp̃s nunꝗ desinet.

Querit̃ Utrum ratio ista concludit simpliciter Solutio Alberti nõ. Quia nõ oẽ nũc est finis preteriti ꝛ initiũ futuri. sed solum hoc verum est de nunc continuãte. sed non est verum de nunc initiante vel terminante. Quia nunc initians nõ habet ante se tempus. et nunc terminans non habet post se tempus. ꝛ ergo solũ ꝓbat ꝙ mund9 nõ incepit in tempoꝛe siue per motum. sed non improbat quin incepit per simplicem operatõnem prime cause cum nunc initiali tp̃is. Et sic dicit Albertus ꝙ veritas in hac materia est ꝙ omnia sunt simul creata ꝛ ꝙ tempus coeuum est celo et eius motui ꝛ a motu celi fit motus materie actiuoꝝ ꝛ passiuoꝝ que sunt generabilia ꝛ coꝛruptibilia ꝛ hanc sententiã confirmãt multi ꝑipatetici eo ꝙ ipa stat tam ẽm religionem legis ꝙ̃ ẽm sñiam phylosophie naturalis.

Ar Si mundus naturaliter non incepit. ergo male dicit phus primo topicoꝝ. ꝙ est ꝓbleuma neutrũ an mũd9 sit etern9 vl' nõ. Solo

non valet pña. Quia non est ꝓbleuma neutrū vtrū mundus incepit natu-rali transmutatione vel non sed est ꝓbleuma neutrum an simpliciter ince-pit vel non stando in lumine nature.

Ar Si esset aliquod nunc initians tunc ante hoc nihil esset. sed ante di-cit tempus. ergo ante primū nunc est tempus Solutio ante acci-pitur dupliciter. Uno modo affirmatiue ꝛ sic dicim⁹ ꝙ petrus venit ante paulū id est in tempe ante paulū. Alio mō accipit ante negatiue. ꝛ hoc mō ponit in definitōne nunc initialis qd est pncipiū totius tpis.

Querit Quomodo phs manifestat errorem empedoclis ꝛ ana-xa. Solutio qa ambo ficticie loquuti sunt. Quia illi loquūtur ficticie qui de naturalibus assumunt aliqua que non sunt per se vel magis apparentia q̄ sua opposita. nec sunt ex per se notis aut ꝓbabilib⁹ deducta. sed manifestū est ꝙ non est per se notū ꝙ mundus est aliqñ fact⁹ de nouo. nec ex ꝓbabilibus deduci potest oppositū. vñ Empe. ponebat litē regnare vno tempore. ꝛ amiciciaꝫ alio tpe ꝛ res tenere vtrāq; posuit suo tē-pore mouere. hanc quidem congregando illā aūt disgregando. ꝛ tpib⁹ me-dijs oīa esse in quiete. ꝛ istud supponebat ꝓpter hoc ꝙ vicissitudo amicicie ꝛ litis principia entiū sunt quoꝝ diuinū pdicto modo sibi succedit tanq̄ no-tum ꝛ tanq̄ principiū cui⁹ non est querenda aliqua causa. Similiter Ana-xagoras ponens vnū primū pncipiū scꝫ intellectum diuinū dixit sine rōne illū aliqñ mouere ꝛ agere cum ab eterno nihil fecisset. ꝛ hoc etiā ficticium ē. Quia non potuit reddere rōnem quare intellectus agens expectauit tem-pus infinitū. ꝛ postea mouit plus in quodam tempore q̄ in alio mouit nisi quia intellectus agens pncipiū est. ꝛ ideo non debet queri causa actionis ei⁹ Quia principia non habent causas.

Querit Quō phs compat istas duas opiniones. empedoclis ꝛ anaxagore Solutio sic quia conuenientius loquutus ē empe. q̄ anaxa. Quia anaxa. dixit duo contra ordinē nature. Primū est ꝙ ipe dixit mixtū in infinito tpe quieuisse in confuso chaos. ꝛ postea cū exiuit necessario esse distinctū per genratōnem factam ab intellectu agente. hoc au-tem non est ꝑm exigentiam alicuius forme naturalis. Quia si mixtū natu-raliter quieuisset tempore infinito. tunc non exiuit in esse distinctū in gene-ratis nisi per violentiam tempus aūt motus violenti est paruū. ergo nō re-manebit generatio tempore infinito quod est contra positōnem suam. Et sic patet ꝙ nulla est rō ordinis infiniti tpis quietis ad infinitum temp⁹ mo-tus. Quia nulla forma naturalis permittit talem rōnem ordinis natura-lis ad violentū. Scōm qd est contra ordinem nature est si dicat vtrūq; esse naturale tunc tamē erit aliqua causa differentie quare intellectus agens p-mo in infinito tpe quieuit. ꝛ postea in infinito tpe agebat. Nulla aūt ab ana-xago. hui⁹ differentie causa assignat quare nunc egit intellectus ꝛ nō prius si aūt dicat ꝙ nulla est ratio ordinis in talibus. tunc non est opus nature. Quia actio nature est ordinata.

Querit Quomodo ostendit phs ꝙ opus nature est ordinatum Solutio quia id quod fit ordine nature vel hꝫ se sic̄

ſemper ꝛ non aliquando quidem ſic ꝛ aliquando aliter. vt ignis naturaliter fertur ſurſum. et non fertur ſurſuꝫ aliquando. aliquando vero non Aut ſi non eſt ſemꝑ vno modo tūc habet rōnem differentie ꝛ cauſaꝫ determinatam ī natura. ꝛ nō eſt diuerſitas illa ſine rōne. ſicut pꝫ de perido generationis ꝛ corruptōis. que cauſam differētie accipit in acceſſu generātis ꝛ receſſu in obliquo circulo. Et ſic pꝫ ꝙ ambo male dixerūt. ſed Empedocles aliquid dignius dixit ꝙ̃ Anaxagoras. Et quicūqꝫ aliter dixit ꝙ̃ anaxa. ꝛ aliquam cauſam differentie tꝑis motus ꝛ quietis aſſignauit. Dixit eñ empedocles ꝙ ſicut ignis ſemꝑ ſurſum fertur ꝛ aliqn̄ q̇dem fertur ſurſum ꝛ aliquādo non ꝓpter ordinē ſue nature quo neceſſario mouet̄ ſurſum. ita ſe habet in hoc ꝙ totū vniuerſum in parte tꝑis quieſcit ꝛ in parte tꝑis mouetur qꝛ illa viciſſitudo habet iam aliquam ordinatōem. eo ꝙ amicicie eſt ꝯgregare ꝛ litis diſgregare. Anaxagoras aūt dixit ꝙ nulla eſt cauſa quietis ꝑ tempus infinitum neqꝫ exitus rerum in eſſe niſi intellectus agens. ſed tñ Empedocles etiam peccauit. qꝛ nihil addidit ꝓbationis in dicto ſuo. Qui eñ dicit ꝙ amicicia quodam tꝑe ꝯgregat. ꝛ lis quodam tꝑe diſgregat. opoꝛtꝫ ꝙ hoc nō ſolum dicat ꝛ affirmet ſimplici aſſertione. ſed opoꝛtꝫ ꝙ dicat cauſam ꝛ nō ſit ꝯtentus ſimplici dicto

Queriť Quō empedocles ſtabiliuit dictum ſuū Solꝰ phi. dixit iſtud eſſe ꝑncipiū ꝛ dignitatem que eſt ꝑ ſe nota ꝛ irrōnalis. ſed iſtud falſum eſt. qꝛ ſi eſſet dignitas. quilibet ꝯſentiret in eam. quia ꝯmunis animi ꝯceptio eſt quam quiſqꝫ ꝓbat auditam. ꝛ ergo oporteret ꝙ aut ꝑ viam ſenſus ꝓbaret ꝙ ſic eſt vt dicit ꝑ inductōem. aut ꝑ viam intellectus cauſam affert ꝑ quam demonſtraret ꝙ ſic eſt. Hec aūt que poſita ſunt ab Empedo. ſcꝫ amicicia ꝛ lis non ſunt cauſe, qꝛ definitio et eſſe amicicie et inimicicie non eſt in hoc ꝙ ꝯgregat vel diſgregat res in toto vniuerſo Sed amicicie eſt quedam ꝯgregare ꝛ inimicicie quedam diſgregare ꝛ diſpergere. Et ergo opoꝛtuit Empedo. ſpecificaſſe que entia ꝯgregantur ꝑ amiciciam ꝛ que diſpergūtur per inimiciciam. et vtrum rōnalia vel irrōnalia animata vel inanimata. videmus eñ amiciciam nō eſſe niſi rōnabiliū. Amicicia eñ apud nos ꝓpꝛie loquendo eſt quod ꝯgregat homīes. et lis qua fugiūt inimici a ſe inuicem. et quod eſt in hominibꝰ ſuppoīt̄ etiam ſic eſſe in toto vniuerſo. eo ꝙ in quibuſdam entibꝰ ſic eſt. et ergo opoꝛtuit Empedo. aſſignare cauſas quare ſic fieret in toto vniuerſo Et ſimiliter ꝙ dixit tempus motus et quietis eſſe equale indigebat rōne. quia videmus in hominibus ꝙ tempus amicicie non neceſſario equatur tempoꝛi litis. Et ſic videt̄ ꝙ loquētes tam ꝯtra anaxagorā ꝙ̃ ꝯtra empedo. non recte opinātur ꝙ iſta dicta ſunt ꝑncipia quoꝝ nō opoꝛtet querere rōnem. ideo quia in omni tempore ſic eſt ꝙ eſt motus, aut ſic eſt ꝙ eſt quies. perpetuoꝛum autē non eſt cauſa et eoꝝ que ſemper ſunt non eſt querenda cauſa

Queriť Utrum iſti phi in hoc recte dixerunt ꝙ perpetuoꝛum nō eſt cauſa Solꝰ phi in quibuſdam eſt hoc recte dictum ꝛ in quibuſdam non. Primū patet qꝛ ꝯcluſiones mathematice ſunt perpetue ꝛ ſemper. ꝛ tamen habent cauſas. quia pꝛemiſſe ſunt cauſe conclu

fionis. Exemplum est vt hec ↄclusio .triangulus rectilineus habet tres angulos equales duob9 rectis. est perpetua. et tamen eius est aliqua causa ꝑ quam demonstratur. Sed perpetuorū que sunt principia ꝑma ad que nō habetur via demōstratōis nō est aliqua causa. quia si omnis rei esset aliqua causa tunc ireturin infinitum in causis. ergo etiā est standum in aliqua prima causa que est deus etiam precedens mūdum. hoc aūt qđ isti phi dicunt nō est tale qđ nō habeat ante se cām. ⁊ ideo male fecerūt nō reddēdo cām

Ar̄ Perpetuū nihil habet ante se. ergo non habet causam. ergo si mūdus est perpetuus non habet ante se deum Solō. licet perpetuum nō habet ante se causam ꝑm tempus .tamen bene ꝑm naturā. sicut Augustinus de hoc dat simile dicens. si pes ab eterno stetisset in puluere tunc ab eterno esset vestigium in eo. et tamen pes essꝫ causa efficiens talis vestigij

Queritur Quomodo anaxago. nō potuit assignare causam quare aliquādo motus fuit ⁊ nō semp. cum tamen ipse posuit intellectum agentem facere motum Solō alberti. ex eo quia ipse posuit intellectū agentem mouere per naturā. ⁊ non per volūtatem. ⁊ ergo non potuit assignare causam quare aliquādo mouit ⁊ nō semper. veritas tamē est ꝙ intellectus agens mouet ex volūtate eterna. et sic veritas est ꝙ nullū tempus erat ante motū. neqꝫ erit aliquod tempus in futuro in quo nullus futurus sit motus.

Queritur Quot rōnib9 ꝓbat phus ꝙ motus incepit ⁊ non semper fuit Solō .trib9 rationib9. Prima est. nullum finitum ⁊ terminatū est perpetuū. sed omnis motus siue mutatio est finita. ergo nulla est perpetua Maior probatur. quia perpetuū appellatur qđ caret termino. Minor probatur. quia omnis motus. vt in fine septimi dictuꝫ est est de quodam determinato in quoddam determinatū. exquo cōtraria inter que sunt motus sunt fines eorum. Et quia minor videtur habere dubitationē in motu circulari qui est ab eodem in idem. ergo probat in illo motu dicens. impossibile est fieri quod impossibile est factuꝫ esse. et impossibile est moueri quod impossibile est motum esse. sed impossibile est aliquid infinitum motum esse. quia si esset motum tunc haberet terminū motus. sed infinitum caret termino. ergo impossibile est aliquid moueri in infinitum

¶ Secūda ratio est. eadem est ratio de toto vniuerso ⁊ de quocūqꝫ particulari mobili. eo ꝙ totum ⁊ pars debent ꝓportionari. sed videmus de quolibet particulari mobili vt de aere ⁊ aqua ꝙ moueantur cum prius quiescebant. ergo ita videbitur esse de toto vniuerso. Et fit ista ratio cōtra hoc qđ dictum est prius ⁊ probatum si motus incepit de nouo tunc tam ex parte mouentis ꝗꝫ etiā ex parte eius quod mouetur necesse est alium motū prius fuisse. vult em̄ ꝙ hoc nō videtur verū in animatis que incipiūt de nouo moueri. cū tn̄ ꝑus neqꝫ ꝑm totū neqꝫ ꝑm partē mouebantur.

¶ Tercia rō que est ↄfirmatio prioris est sicut est in microcosmo. i. d est

minori mũdo.ita erit in macrocosmo.id est in maiori mũdo. sed sic est ꝙ in minori mũdo puta animali incipit de nouo motus absqꝫ eo ꝙ precedat alius motus in motore vel in mobili qui disponat mobile ad hoc ꝙ moueat igitur sic erit in maiori mundo. Minor probatur. quia videmus in nobis ꝙ nullo existente motu in somno subito expergefacti libere mouemur ꝑ voluntatem nostram.et sic fit in nobis motus non ab aliquo extrinseco nos mouente. sed ex nobis ipsis.sicut si aliquis ambulat sine vtilitate ita ꝙ solum vult ambulare. Si igitur istud est in paruo animali. puta in homine. erit multomagis in maiori mũdo vel in illo ꝯmuni chaos confuso quod ponebat Anaxagoras.

possibile est corpus infinitum habere grauitatem infinitam. Solutō. premittit tres suppositōnes. Prima. si aliqua magnitudo note quantitatis & grauitatis moueatur in aliquo tempore note quantitatis tunc maior magnitudo que est maioris grauitatis mouebitur per idem spacium ī minori tempore. probat quia quanto virtus motiua est fortior tanto motus est velocior. Secunda suppositio. si maior grauitas mouet in minori tempore tunc eadem est analogia seu proportio grauitatum & temporū ergo si tanta grauitas mouet in tanto tempore tunc dupla grauitas mouebit per idem spacium ī medietate temporis. probat. quia q̄ntum crescit virtus motiua tantū diminuitur de tempore dūmodo sit eadem figura et spissitudo medij & sint in omnib9 alijs equalia. Tercia suppositio. cum omne finitum ad omne finitum aliquā habet proportōnem sequitur q̄ oīs grauitas finita compata ad omnē grauitatem finitam mouetur per spacium finitum in finito tempore.

Queritur Qualiter probat phs ex his suppositōnibus q̄ impossibile sit grauitatem aliquam esse infinitam. Solutō sic. quia tunc tale corpus moueretur & non moueretur quod implicat contradictōnem. Primū patet quia si aliqua grauitas moueat in aliquo tempore tunc maior grauitas mouebit in minori tempore & infinita adhuc ī minori. Q̄ autē non moueretur. probat quia non mouebitur in tempore. quia omnis temporis finiti ad aliud tempus finitum est aliqua proportio. sed infiniti ad finitum nulla est proportio. ergo grauitatis infinite ad finitum nō est proportio. ergo nec etiam est proportio inter tempus in quo mouetur habens grauitatem finitam & per ɔn̄s non mouetur in tempore.

☞ Contra. Grauitas finita mouet in minimo tempore quod non est alijs temporibus proportionabile sicut & grauitas infinita non est proportionabilis alijs grauitatibus finitis Solutio phi q̄ si esset aliquod tale tempus minimū quod non esset alijs proportionabile adhuc possibile esset accipere grauitatem finitam que moueret in eodem tempore & sic finitum & infinitum mouerent in equali tp̄e quod est inconueniens.

Queritur Qualiter probat hoc phs q̄ finitū & infinitū mouerēt in equali tempore. Solō sic. q2 cuiuslibet tp̄is finiti ad aliud tempus est aliqua proportio si ergo sit aliquod tempus in triplo mai9 q̄ tempus minimū & aliquod corpus moueatur in illo tempore corp9 qd̄ excedit illud in triplo mouebitur in minimo tempore. & sic aucta grauitate finita per finita addita mouebit in eodem tempore cum grauitate infinita et hoc est impossibile Et propter eandem rōnem impossibile est aliquam esse leuitatem infinitam.

Capitulum tercium.

Queritur De q̄ determinat phs in tercio capitulo Solō declarat nullum corpus compositum esse infinitum.

Querit Utrum sit impossibile aliqd corpus sensibile esse infinitū. Solutio sic ꝓbat phs quia om̄e corpus aut ē finitū ẜm actum aut infinitū. infinitum aut est anomiomerū id est dissimiliū partiū ꝑ totū in forma figura ⁊ specie. aut est omiomerū id est similiū partiū. sed nullū hoꝝ potest dici. ğ nō est aliqd corpꝰ sensibile infinitū.

Querit Quō ꝓbat phs ꝙ nullū corpus dissimiliū partiū p̄t eē infinitū. Sol'o p̄mo ꝓbat hoc ex multitudine partiū ẜm speciem dicens ꝙ illud corpus vel esset cōpositū ex finitis partib⁊ dissimilib⁊ vł infinitis. Non primū q₂ iuxta hypoteses priores. ex finitis non resultat infinitū. Nō secūdū q₂ corpa mūdū integrantia sunt finita. ꝓbat quia sunt solum tres motus simplices. sed quilibet motus simplex est alicuiꝰ corporis simplicis. ğ nō potest cōponi ex infinitis.

Querit Quō ꝓbat phs ꝙ non potest dici ꝙ partes talis corporis sint finite ẜm numerū. sed infinite ẜm magnitudinē Solutio. q₂ tunc sequerenť duo impossibilia. Primū ꝙ magnitudine existente infinita necesse est locū esse infinitū. q₂ locus ⁊ locatū cōmensuranť Secūdū si locus est infinitus necesse est motū in locū esse infinitū. sed hoc ē impossibile. ꝓbat q₂ impossibile est fieri qd impossibile est factū esse. sicut ꝓbatur in motu alteratōnis qui est ad tale id est ad qualitatem ⁊ in motu augmentatōnis qui est ad totū ⁊ in motu locali qui est ad vbi. ꝓbat phs exemplariter. quia si ponamus impossibile esse ꝙ corpus sit albū vel cubitale ẜm mensuram tunc neq₃ in egipto nec in alio quouis loco vnq₃ ꝯuerteť ad aliqd eoꝝ que dicta sibi impossibilia sunt inesse. Et ergo a simili impossibile est vt eat ad locū quē impossibile est ip̄m consequi ⁊ ad quē impossibile est ip̄m peruenire ⁊ talis est locꝰ qui distat in infinitū.

Querit Que est rō illius autoritatis phi ꝙ impossibile est fieri quod impossibile est factū esse Sol'o hec. quia fieri ordinatur ad factū esse ⁊ moueri ad motū esse. sed prius dictū est ꝙ deus et natura nihil faciunt frustra.

Ar Motus celi moueť ⁊ nunq₃ est motus. ꝓbatur q₂ qd est motum est in quiete. sed celū nunq₃ est in quiete. ğ ibi est moueri absq₃ motū esse. Sol'o. nō omne fieri ordinať ad factū esse. Unū fieri est triplex quoddam est qd non ordinať ad factū esse sicut motus celi qui est vita illoꝝ inferioꝝ non aūt quies. Secūdū est fieri qd ordinať ad factū esse imperfectum sicut dies ⁊ agon. Terciū est fieri qd ordinať ad factū esse perfectū sicut moueri grauium ⁊ leuium.

Querit Quō ꝓbat ꝙ non potest componi ex partib⁊ infinitis diuisis sicut dixit democritus ⁊ anaxagoras. Solutio dicit ꝙ ille infinite partes ignis mouerenť ad vnū locū ⁊ sic cōtinuarenť in illo vno loco cōtinuū aūt cōpositū ex infinitis est infinitū quod est inconueniens supra improbatū.

Querit Quō ꝓbat phs ꝙ nullū corpus omiomerū id est similiū partiū sit infinitū. Solutio duab⁊ rōnib⁊. Prima

est: q2 tale corpus haberet aliquem motum. eo q omne corpus hȝ aliquem motū. sed hoc esset impossibile. ergo nō est possibile tale corpus esse. Minorem pbat. q2 vel ille motus esset a medio vel ad mediū vel circa mediū. Nō a medio vel ad mediū. q2 sic haberet leuitatē vel grauitatem infinitā. qd est impossibile. vt pus ostensum est. Nec circa mediū. q2 sic esset corpus circulare. sed pus pbatum est impossibile esse corpus circulare infinitū. ¶ Secunda ratio. vel illud corpus moueret naturaliter. vel violente. non violente. q2 tunc haberet aliū motū naturalē violento oppositū. Etiā nō naturalē. quia tūc haberet locū sibi naturalē ad quē moueret. sed hoc est impossibile. cum infinitū oīa loca sm sua vltima excedat.

Querit Qualiter probat phus q nullum corpus sit infinitum ex parte actiōis 7 passionis. Solo. sic. q2 omne corpus est actiuū vel passiuū. vel habet se vtroqȝ modo. sed corpus infinitū non potest esse actiuū vel passiuum. ergo non potest esse aliquod corpus infinitum Minorem probat. quia vel esset actiuum vel passiuum in corpus finitum vel infinitū. sed nullū hoꝝ est possibile. ergo tale corpus esse nō est possibile

Querit Quomodo probat phus q impossibile sit corpus infinitum pati a corpore finito Solo. phus supponit duo pmo supponit q quecūqȝ corpora sunt equalia in magnitudine mouent motu equali in eodem tempore. Secūdo supponit qd ex pdicto seqt. q corpus minoris magnitudinis mouetur in eodem tempore minus q̄ corpus maioris magnitudinis. Ex hoc arguit sic. Si infinitum moueret vel pateret a finito tūc motus ille vel quecūqȝ actio vel alteratio fieret in non tempore vel in eodem tempore finitum moueret finitum 7 infinitum. quoꝝ vtrūqȝ est impossibile. cum oporteat motum esse in tempore. et finiti ad infinitum nulla est proportio. Hanc consequentiam probat phus in textu demōstratione mathematica in litteris

Querit Quō probat phus q infinitum non potest agere in finitum. seu q nō patitur finitum ab infinito Solo sic. q2 tūc sequeretur q in eodem tempore mobile finitum pateretur seu moueretur a mouente finito 7 infinito. Probat sequelam. q2 ponatur vnuȝ mouēs infinitum quod moueat aliquod mobile finitum in aliquo tempore finito. et sumatur tunc mouens aliquod minus quod moueat minus mobile in equali tempore tunc arguitur sic. Sicut se habet maius mouens ad maius mobile. ita se hȝ minus mouens ad minus mobile. Igitur a transumpta proportione sicut se habet maius mouens ad minus mobile. ita se habet minus mouens ad maius mobile. sed maius mouēs mouet maius mobile in aliquo tempore. ergo in eodem tempore minus mouens mouebit maius mobile. Et sic mouens finitum et mouens infinitum mouent idem mobile in equali tempore.

Querit Quomodo pbat phus q infinituȝ nō potest pati ab infinito Solo. sic. vel hoc fieret in tempore finito vel infinito. sed nullum illoꝝ est possibile. ergo. Nō in tempore infinito. quia sicut pus dictum est impossibile est fieri quod impossibile est factum esse. nec etiā

om in tempore infinito. q2 agens z patiens pportionabiliter se habent penes finitum et infinitū. Et ostendit phus in textu per litteras. q si infinitū pateretur ab infinito q tūc mouens infinitū moueret mobile finitū z infinitū in equali tempore qd est impossibile

Querit Quot rōnib3 logicis pbat phus nullū esse corpus sensibile infinitum Solo. duab3 rōnib3 Prima est. q2 vel illud corpus esset circulare vel rectū. sed nullū horum potest dici. Nō pmū q2 omne corpus circulare mouet circa medium. ergo nullum tale potest esse infinitū. Consequentiā pbat. q2 infiniti non est mediū. Non secūdum. quia omne mobile motu recto est mobile naturaliter ad vnū locum z ad aliū violente. et q2 locus equalis est suo locato sequitur q eius sint duo loca infinita quod est impossibile. ¶ Secūda rō q2 vel illud corpus infinitum esset mobile a se vel ab alio. non a se. quia tunc esset animal. sed impossibile est infinitum esse animal Nec ab alio. q2 tunc illud aliud esset infinitū. z sic essent duo infinita mouens z motū. quod est impossibile

Querit Qūo phs reprobat opinionez democriti. sc3 q corpora sint pposita ex infinitis corpib3 eiusdē rōnis distātib3 abinuicem p vacuitates Solo sic. Primo q2 tūc omniū illoꝝ corporū infinitorum essz motus. Probat. q2 vbi fertur tota terra z vnus bolus. z vbi tot9 ignis z vna scintilla fertur. ¶ Secūdo si illa corpora essent eiusdem rōnis tūc quodlibet aut esset graue vel leue. ¶ Tercio. quia quodlibet mouetur deorsum et nullum sursum aut econtra. et quia nullus erit locus illis. etiā nullus erit eorum motus zc.

Tercius tractatus.

Querit Qualiter phus pbat vnū esse mūdum Solo. pmo pmittit quatuor suppositiones. Prima est q omia corpa mouētur vel quiescūt. ¶ Secūda est. ea que mouētur vel quiescūt faciūt h violente vel naturaliter. ¶ Tercia ad quecūq3 locū corpus moueret naturaliter. in eodem loco quiescit naturaliter. et similiter de motu z quiete violentis. Quarta suppositio est. quicūq3 motus est alicui corpori violētus oppositus illi puenit sibi ƀm naturam

Querit Qūo ex his probat phus nō esse plures mūdos. Solo sic. si essent plures mūdi sequeret q vnū z idem moueretur simul z semel naturaliter z violente. quod est impossibile. Sequela probatur. quia si plures essent mūdi tunc terra vnius moueretur naturaliter ad terram alterius mundi. et quia moueretur a medio istius mūdi. ideo ex hac parte motus ille esset violentus. et per psequens eodem motu moueretur naturaliter z violente.

Querit Utrū si essent plures mūdi necessario essent pstituti ex corporib3 eiusdem spēi Solo phi. sic. Probat. quia nisi sic illi mūdi solo nomine puenirent z equiuoce. Secūdo probat. quia corpora alterius mūdi mouerent motib3 eiusdem rōnis cū motib3 corporum

istius mūdi. eo q nō pñt esse plures motus sim plices q̄ tres

Queritur. Quomodo phus ex ista suppositione pbat nō esse plures mūdos. Solo sic. qz si essent plures sequeret q terra huius mūdi moueret ad terram alterius mūdi. qz terra huius mūdi esset vnius spēi cum terra alterius mūdi

Ar. Arestoteles nō videtur pbare. qz nimia distantia videtur impedire ne terra vnius mūdi moueatur ad terram alterius. Solo phi. motus non potest remoueri a mobili propter distantiam. quia cōuenit sibi a pncipio intrinseco. distantia em non variat motum nisi penes velocitatem et tarditatem

Queritur. Utrū omnia corpora naturalia eiusdem speciei moueant ur ad eūdem locum numero. Solo phi in textu q sic probat. quia idētitas locorum non debet eis fm q singularia. sed fm q sunt indifferentia fm speciem

Ar. Illa suppositio Aresto. videt esse falsa. Probatur. quia locus est ↄditio indiuiduans. ergo debet corpori inquantum singulare. et non debet sibi ex parte spēi. Solo. locus pprius est conditio indiuiduans. sed non locus cōmunis. de quo intelligitur dictum phi. Uel dicendū q corporum vnius spēi est vnus locus numero, id est eadem virtus locatiua coaptata illi loco. sic in loco sursum est eadem virtus locatiua omniū corporū leuiū et grauium similiter deorsum

Queritur. Quō phs ex hac suppōne pbat nō esse plures mūdos. Solo sic. qz oīa corpa grauia mouent ad eūdē locū. eo q sunt eiusdē spēi. ergo est tm̄ vnum medium mūdi. et per consequens non sunt plures mūdi.

Nota

Secūdum capitulum

Queritur. De quo tractat phus in hoc capitulo secūdo. Solo ostendit q oīa corpora mouentur ad determinata loca. et hoc ideo facit. qz pus hoc supposuit scz q motus corpor alicuius mūdi sit ad determinata loca. vt motus terre ad mediū. et ignis ad extremū

Queritur. Quō pbat phs q oīa corpa naturalia mouent ad loca determinata. Solo sic. qz oīe qd mouet mouet ex quodā in quoddā. g oīa corpa naturalia mouent ad loca determinata. Añs pbat. qz oīs motus est de ↄtrario in ↄtrariū. g a determinato in determinatū et p ↄñs oīa corpa naturalia mouētur ad determinata loca.

Ar. Motus circularis nō est de ↄtrario in ↄtrariū. ergo male dr q oīs motus sit de ↄtrario in ↄtrariū. Solo. lic et nō habeat ↄtrariuz pprie et simplr. tñ in eo reperitur quedā oppositio fm terminos diametri. et sic fm ptes pt habere ↄtrariū. Scda rō pbans oīa corpa moueri ad determinatū locū est. qz nisi sic ipsa mouerent in infinitū. sed hoc est falsum. qz sic eorum velocitas esset infinita. et p ↄsequēs eor grauitas et leuitas. quod in pori tractatu improbatum est

Querit̃ Quomodo ꝓbat pħus ꝙ elementa naturaliter mouen tur ad sua loca et nō violente. Solu͛o. trib͛ rōnib͛. Pri ma est. quia si mouerentur violente tunc maior ignis moueretur tardius sursum ꝛ tardius moueretur deorsum maior terra. cuius tamen ꝯtrarium videmus. ¶ Secūda ratio est. si corpora naturalia vi et expulsione moue rentur ad sua loca. tunc sequeret̃ ꝙ non velocius moueretur in fine ꝗ̄ in ꝑn cipio Probat ꝯsequentiam. quia omnia violenter mota quāto plus distāt a mouente tanto tardius mouentur. ¶ Tercia ratio est. quia tunc sequere tur ꝙ terra non moueretur violenter sursum. sed hoc est falsum. Probat se quelam sic. quia mobilia non mouentur violenter ad illum locum a quo lo co mouentur violenter

Querit̃ Quomodo ꝓbat pħus mundum esse vnum ex parte corporum celestium. Solu͛o sic. quia dicit ꝙ motus cir cularis est vnus et non habet principiū ꝛ finem. ex quo sequitur ꝙ celum est vnū ꝛ mūdus vnus. Antecedēs dicit pħs esse notū ex dictis in ꝑma pħia sc3 vndecimo metaphisice. ꝛ octauo physicorum

Nota

Querit̃ Quō ex perpetuitate motus celi sequitur celū esse vnū et mūdum similr̃ Solu͛o. ꝯmentatoris. q2 mot⁹ ille est immaterialis. ꝛ sic nō p̄t multiplicari numeraliter

Querit̃ Quomodo probat mūdum esse vnum ex parte mobi lium et locorum Solu͛o sic. quia sunt tria corpora ex q̇ bus mūdus ꝯponitur. ꝛ ita oportet etiam esse eorū tria loca. vnus est loc⁹ descendentis deorsum. et ille est locus corporis quod quiescit in medio. ꝛ il lud est corpus graue. Secūdus autem est vltimus locus qui longissime di stat ab ipso, et ille est locus eius qđ mouetur circulariter. ꝛ neq3 est graue ne q3 leue. Et locus tercius est medius illorū duorū locoꝝ. et illud est corpus quod est inter duo locatum. ꝛ illud est leue. qđ necessario locatur inter circū ferentiā ꝛ centrum. quia ergo vnus est locus ad quē mouentur omnia gra uia, in quocūq3 mūdo. et vnus locus ad quem omnia leuia. ꝛ vnus locus in quo mouet̃ oīne celū in quocūq3 mūdo. ergo est tm̄ vnus mūdus

Arĝ Sunt quinq3 corpora simplicia. ergo male dicit esse tm̄ tria. Añs patz ex dictis in primo tractatu huius ꝑmi Solu͛o. sunt tria in ge nere ꝛ quinq3 in specie. tria quidem. sc3 graue in genere. leue in genere. ꝛ neu trū quod est corpus celeste

Arĝ Celum nō est in loco vt dictū est sepe in libris physicoruz quarto ꝛ sexto. ergo nō sunt tria loca Solu͛o alberti. hoc dicit̃ ꝓpter eos qui dicūt plures esse mūdos. qui dicūt extra celum esse locum. et sic quo ad eos celum est in loco. quare oportet cōcedere ꝙ loca mobilium sunt tria fm̄ ge nus ꝯuenientia sicut ꝛ mobilia.

¶ Capitulum Quartum

Querit. De quo tractat phs in hoc quarto capitulo. Solo postquā in priorib9 capitulis huius tercij tractatus osten dit q non sunt plures mundi. Consequenter ostendit hic q impossibile est esse plures mundos.

Querit. Quō pbat phus q non possunt esse plures mūdi. Solutio. p hoc q destruit quandā opinionē antiquoꝝ dicen- tiū impossibile esse tm̄ vnū mūdum.

Querit. Quomodo probabant antiqui impossibile esse tātum vnum mūdum. Solo sic. quia ipsi supponūt q in om nib9 que habent formā in materia siue sint a natura siue ab arte. aliud est con siderare illam formam sm se. et aliud considerare ipsam vt mixtam cuz ma teria. Et hoc probant de circulo. quia aliud est cōsiderare circulum sm se. et aliud est ꝯsiderare circulū eneū vel aureū. q2 eneuz 7 aureum non sunt de de finitione circuli. Secūdo dixerunt celum habere formam in materia. Proba bant. quia omne sensibile est in materia. celum est sensibile. ergo 7c. Ex istis inferūt q alterum est hoc celum 7 celum simplicititer. quia celum simplici- ter est vt forma. sed hoc celum est vt mixtum materie. Ex hoc sic arguunt In omnib9 in quib9 est forma p modum speciei sub ea ꝯtingit esse plura in- diuidua. sed sic est de celo. ergo 7c.

Querit. Quomodo Arestoteles soluit hoc dictuz antiquorum Solo. dicit q bene dictum est q aliud est considerare formam sm se. 7 aliud sm q est in materia. Sed quādo dicunt q illud est multiplicabile quod habet formam in materia. Dicit ad hoc phs q veruz est quādo forma non occupat suā materiā totam. sed forma celi. i. vniuersi ꝯstat ex sua materia tota.

Querit. Quomodo declarat phus mūdum cōstitutum esse ex sua materia tota Solo. duobus exemplis. Primū est si dicamus formam simi esse curuitatem 7 dicimus materiam eius esse nasum vel carnem 7 fiat vnus nasus constitutus ex omni carne si ille nasus sit incorruptibilis. 7 sit simus. tunc non poterit esse aliud simum. ¶ Secū- dum exemplum. si esset vnus homo incorruptibilis compositus ex omi ma teria que potest suscipere formam humanam. tunc non potest fieri alius ho mo. Similiter est de mūdo. quia est cōstitutus ex omni materia potente sus cipere formam mundi 7 est incorruptibilis. ergo non potest esse alius mū- dus ab hoc mūdo.

Ar. Forma celi est perfectiua sue materie sm esse et virtutem. ergo si- cut celum non est cōmunicabile ex parte materie ita nec ex pte for- me. Solo. forma mūdi ab alio habet sue virtutis cōmunicabilitatem 7 sue materie adequationem. quia primum sibi ꝯuenit vt est actus fluens ab vniuersali agente. Secūdum habet vt per virtutem particularis agentis siue cause componentis proportionatur materie seu potentie sibi coelemen- tali. modo non est incoueniens q idem inesse fluentis principij excedat seip- sum captum in esse ingredientis pncipij

Querit' Quot modis capitur celum Sol'o phi. capitur tripliciter. Primo capitur pro vltima sphera que omnia continet. Secūdo capitur pro omnib' spheris & corporib' celestib' simul aggregatis. Tercio pro omnib' corporib' simplicib' ɔtentis sub suprema sphera et sic capitur pro toto vniuerso.

Queritur. Quare celum dicitur de his trib' Sol'o. quia vt dicit Rabanus. celum est corpus circulariter motum et aliorum ɔtentiuū. et q2 his trib' ɔuenit ɔtinere alia & ambire ea ideo recte nominantur celi.

Queritur. Quare Arestoteles in proposito probat extra celum nullum esse corpus Sol'o. per hoc phs ꝓbat mūdum esse vnum. quia si extra istum mūdū nullū est corpus nec naturale nec sensibile seqtur ꝙ celū est ɔpositū ex omni corpe naturali & sensibili. et sic est ɔpositū ex sua tota materia. & p ɔsequēs opz esse vnū tm̄.

Querit' Qualiter probat phus ꝙ extra celum nullum est corp' Sol'o sic. quia si extra celum esset aliquod corpus. vl' esset simplex vel compositū. Si simplex vel moueretur a medio. vel ad medium. vel circa medium. sed nullum tale est extra celum. Q; autem nō corpus circulariter motum probat. quia si sic illud corpus esset locus celi. et sic celum moueretur naturaliter ad illud corpus extra continens ipsū. & sic celum mutaret locum suū ſm se totum quod est inconueniens Q; autem corpus simplex motum motu recto non sit extra celum probat. quia nec est ibi ſm naturam nec preter naturam. Non primū. quia quodlibet tale habet aliū locum naturalem. sed vnius corporis simplicis non sunt duo loca naturalia. Non secūdum. quia tunc ille locus esset alij corpori naturalis. eo ꝙ locus alicuius preter naturam est alterius ſm naturam. Q; autem non sit extra celum corpus mixtum probat. q2 extra celum non est corpus simplex. ergo nec mixtum. Consequentia nota est. Añs ꝓbatum est.

Ar' Extra celum potest esse corpus. ergo extra celum est corpus. Cōsequentia probatur. quia in perpetuis esse & posse non distant. Antecedens probatur. quia possumus imaginari distantiam perpetuam extra celum que est susceptiua alicuius corporis. imaginatio autem informatur a possibilitate rei imaginabilis Sol'o. tercio physicorum dicitur ꝙ non est omni imaginationi credendum. sic etiam huic imaginationi non est credendum. eo ꝙ innititur figmento imaginantis & non veritati rei imaginabilis

iij phi. ... ymaginacioni non est credendum omni

Querit' Utrum extra celum sit aptum natum esse corpus Solutio non. Et hoc probat phus. quia extra celum nō est corpus. ergo extra celum nō est aptum natum esse corpus. Antecedens patet. quia nec graue nec leue. vt probatum est Consequentiam probat. q2 in perpetuis esse & posse non distant.

Querit' Utrum extra celum sit locus. Sol'o. non. Ratio est quia extra celum nō est corpus. ergo nec locus. Probat ɔsequentiam. quia in omni loco natum est esse corpus

Ad. Extra nominat locum. sed dicimus extra celum ⁊ intra celum. ergo videtur ꝙ extra celũ sit locus. Solo. extra celum debet exponi nõ positiue sed priuatiue inquantum valet tm̃ sicut nõ intra

Queritur Utrum extra celũ sit vacuũ Solo. nõ. Probat phs quia extra celum non est locus. ergo nec vacuũ. Consequẽtiã probat. quia vacuũ est locus in quo non est. sed possibile est esse corpus. sed extra celũ nõ est locus

Ad. Extra celum est vacuũ. Probatur. quia extra celum nihil est. sed vacuũ est nihil. cum sit non ens. vt dicitur quarto physicorum Solutio. vacuũ nõ est pura priuatio sicut nihil est. sed est priuatio fundata in habitu. Unde vacuũ est locus nõ repletus corpore aptus tñ ⁊c.

Queritur Utrũ extra celum sit tempus. Solo nõ. hoc probat. quia extra celum non est corpus. ergo nec motus. ⁊ per consequens nec etiam tempus

Ad. Extra celum est substantia intellectualis ⁊ sempiterna. sempiternum autem est durans secundum omne tempus. quia semper est totum in tempore. sicut vbiqꝫ est totum in loco Solo. semper aliquãdo accipitur pro vniuersalitate tẽporis. aliquãdo pro pleno actu eui vel eternitatis. quõ accipitur in proposito Unde patet ꝙ motus celi ⁊ intelligentie sunt equiuoce sempiterna. Nã motus celi sic dicitur quasi omni tempore durans. sed intelligentie sic dicuntur quasi plenã habentes eternitatem.

Queritur Quid est extra celum si nõ est ibi corpus. locus. vacuũ nec tempus Solo phi. ibi sunt entia diuina ⁊ separata nec sunt in loco. nec nata sunt in tempore senescere. ⁊ sunt entia inalterabilia ⁊ impassibilia optimã vitã ducentia. quã perficiũt toto eterno.

Queritur Quomodo probat phus extra celum esse entia sempiterna ⁊c. Solo ex triplici acceptione eterni. Primo modo dicitur eternum finis continens tempus vniuscuiusqꝫ vite. extra quod nihil est. et hoc secundum naturam vocatum est eternum. Secũdo modo dicitur eternum finis mensurans spacium durationis totius motus celi. Tercio modo dicitur eternum perfectio continens tempus ⁊ omnem durationem infinitam. et isto modo fiunt denominationes a semper esse ⁊ est immortale. et competit ipsi deo a quo cõmunicatum est omnibus esse ⁊ viuere. his quidem clarius. scilicet que in se sunt perpetue durationis. his vero obscurius. scilicet que non perpetuantur in se. sed in specie sua.

Arguitur. Extra celum non sunt entia optimam vitam ducentia. Probatur. quia vel illa essent mouentia. vel non. sed nullum horum potest dici Non primum. quia tunc sequeretur inconueniens. scilicet ꝙ motor non esset cõiunctus mobili. vel ꝙ vnum ⁊ idem mobile moueretur a diuersis motoribus. Non etiam potest dici secũdum quia tunc talia entia essent frustra. Solucio dicẽdũ secundum peripateticos ꝙ

intelligentie huiusmodi non mouent corpora imediate. sed mediantibꝫ animabꝫ nobilibꝫ. ⁊ sic ſm se non habent imediatum ordinem ad corpora celestia. Scḋm veritatem autem dicimus ꝙ intelligentia vt intelligētia est nō habet ordinem ad corpus. ⁊ pro tanto extra celum esse dicitur. vel quia non est sub potestate celi. ⁊ sic etiaꝫ animas nobiles dicimus esse extra celum. eo ꝙ non sunt sub potestate celi

Querit Quomodo probat phus ipsum diuinum esse intransmutabile Solo. duabꝫ rōnibꝫ. Prima ratio est. Omne quod mouetur mouetur ab alio. ⁊ mouens nobilius est moto. sed nō est aliquid melius primo a quo ipsum possit moueri. ergo ⁊c. ¶ Secūda ratio est. hoc diuinū est primum summum ⁊ perfectissimum ens non habens indigentiam alicuius alterius. ergo ipsum est intransmutabile. ipsum tn̄ mouet motū incessabilem circularē semꝑ sine ꝑncipio ⁊ fine

Tractatus quartus

Querit De quo tractat phus in quarto tractatu. Solo de ꝑpetuitate mundi. ⁊ habet tria capitula In ꝑmo capitulo phus reprobat opiniones antiquorum. In secūdo exponit multiplicitateꝫ seu multiplicem acceptionem quorūdam terminorum. scꝫ geniti ⁊ ingeniti. In tercio ponit ꝓpriam opinionē

Querit Utrum cōueniens sit narrare opiniones antiquorum Solo phi. sic. Probat phus hoc quatuor rationibus Prima est. quia contrarie opiniones videntur esse demonstrationes contra opinionem propriam. ¶ Secūda est. quia narratis opinionibꝫ aliorum. dicenda erunt audientibꝫ magis credibilia. ¶ Tercia est. quia narratis opinionibus aliorum non videtur aliquis gratis condemnare opinionem alterius. ¶ Quarta. quia oportet inquisitores veritatis non esse inimicos. sꝫ debent sufficienter iudicare de veritate. hoc autem fieri non potest nisi sciantur opiniones aduersariorum.

Querit Quomodo locuti sunt antiqui de perpetuitate mūdi Solo phi. Omnes antiqui conuenerūt in hoc ꝙ dixerunt mūdum esse genitum. sed differenter. nam quidam posuerūt mūdum genitum. sed nūquam corrumpendum sicut plato. Alij dixerūt ipsum corruptibilem. sicut democritus qui posuit mūdum generari ex concursu athomalium semper mobilium. Alij dixerūt mundum vicissim generari ⁊ corrumpi infinities. ex hoc ꝙ segregantur et congregantur elementa per litem et per amiciciam.

Querit Quomodo reprobat philosophus opinioneꝫ Platonis ponentis mūdum a parte ante factum ⁊ genitum. sed a parte post sempiternum et incorruptibilem. Solo. duabꝫ rationibꝫ. Prima rō est. illa sola videntur rationabiliter ponenda que videntur accidere

in omnibꝫ aut multis sed ɔtrariū opinionis platonis videtur accidere in oībus aut multis. ergo opinio eius non est ponenda. Minorē ꝓbat qꝛ oīa que generantur videntur etiam corrumpi. Secūda rō. quicqd est transmutabile potest aliter se habere nunc ꝙ prius. sed celū non pōt se aliter habere nūc et prius. ergo non est transmutabile ⁊ ꝑ ɔñs non est factū. Minorē probat qꝛ si esset transmutabile iam infinities esset transmutatum.

Ar Reprobatio Aresto. est insufficiens. ꝓbatur qꝛ ꝓcedit de generatione rei naturalis. sed si ponatur mundus genitus nō sicut cetere res naturales quasi accepisset esse post nō esse duratōne ⁊ tpe. sed ꝙ accepit esse queadmodū cōclusio ex ꝑmissis ⁊ queadmodū in mathematicis ꝑncipiatū sequitur natura ꝑncipiū. Solo phi. Ille modus generatōnis repugnat nature. Necesse est em̄ id quod generatur sic se habere ꝙ duratōe non esse ꝑcedat esse generatio em̄ tpalis est alteratōni ꝑmixta ⁊ sic nō esse in genito ꝑcedit esse tempore.

Ar Omne creatum nō annihilabitur. ergo etiā non oīe genitū necessario corrumpetur qd tn̄ dictū est in ꝑma rōne. Solo. non est ꝑ oīa simile. Nam non oīe creatū habet ꝑ oīa intra se ꝑncipiū sue corruptōnis sicut oīe genitū. Inuenitur em̄ aliquod creatū qd nullū habet intra se ꝑncipium sui non esse sicut manifestū est de corpibꝫ celestibus ⁊ de spūalibꝫ substantijs. quia non habent intra se priuatōnem neqꝫ ɔtrarietatē nec capaces sunt cōtrarietatis Unde licet extra se habeat ꝑncipiū sui nō esse qꝛ scꝫ ex nihilo sunt id est post nihil nō tamen intra se quia nihil non est de cōstitutione hmōi creaturarum.

Queritur Quō phus reprobat opinionē Empe Solo dicit ꝙ dicere mundū vicissim generari ⁊ corrumpi eo mō quo Empedo. est dicere mundū esse sempiternū ſm subam transmutabilem tamen ſm formā qd est falsum. qꝛ generatio ⁊ corruptio sunt mutationes ſm subam modo in elementis nō pt fieri mutatio ꝑ talem potentiam in aliquo substantiali sed solū ſm formā. Et est simile ac si quis putaret puerū nūqꝫ esse ⁊ nūqꝫ nō ꝑpter hoc ꝙ ex puero factus ē vir vel ex viro puer.

Ar Empe. videtur bene dixisse. ꝓbatur quia ꝑncipia mundi sunt quatuor elementa. sed illa transmutantur ad inuicē circulariter in infinitū. vt patebit secūdo de generatōne. Solo licet elementa que sunt trāsmutabilia sint principia mundi tn̄ nō corrūpūtur ſm se tota iō nō seqtur.

Queritur Qualiter reprobat terciam opinionē. Solo. dicit ꝙ dicere vnū mundū solum esse ⁊ corruptibilem sine reflectione ⁊ generatōne alterius falsum dicūt. Rō est quia ante generatōnem mundi preexistebat quedam potentia sine qua impossibilis esset transmutatio. si ergo illa potentia transmutabilis est ante mundi ꝓductōnem et transmutabilis erit post corruptōnē mundi ex hoc vt mundus ex eo fiat. ergo illi qui dicunt mundos esse infinitos ſm vicissitudinē melius dicunt sed vtrū hoc sit possibile vel non posterius patebit.

Capitulum secundū.

Queritur Utrum scire quot modis dicitur genitum et ingenitum corruptibile et incorruptibile sit utile ad hoc ut sciatur mundus esse genitus vel non. Solutio philosophi quod sic, probat quia quecumque utitur diviso tanquam indiviso et si sit ibi identitas sermonis est tamen confusio intellectus. Ideo dicendum est quotiens capitur unumquodque nominum predictorum.

Queritur Quot modis dicitur ingenitum. Solutio tripliciter. Primo quod non accipit esse per generationem licet alios accipiat esse post non esse et hoc modo motus qui incipit esse dicitur ingenitus. Secundo ingenitum dicitur quod est possibile fieri et non fieri sed nondum factum aut genitum est. Tercio dicitur ingenitum quod impossibile est aliter se habere siue impossibile determinetur per facile siue per cito siue per bene siue per impossibile dicatur simpliciter.

Queritur Quot modis dicitur genitum. Solutio tribus modis. Primo dicitur genitum quicquid habet esse post non esse siue hoc fiat per generationem siue non. Secundo modo dicitur genitum quicquid possibile est incipere esse siue possibile determinetur per verum siue per facile ut illud est possibile quod de facili fieri potest. Tercio modo dicitur genitum cuius est per se generatio et hoc siue existat actualiter per generationem siue possibile sit esse.

Queritur Quot modis dicitur corruptibile. Solutio tripliciter. Primo quod potest accipere esse post non esse siue sit per transmutationem siue non. Secundo modo dicitur corruptibile quod per transmutationem realem potest habere non esse post esse. Tercio modo dicitur corruptibile quod faciliter corrumpitur et tale dicitur e contra id est bene corruptibile.

Queritur Quot modis dicitur incorruptibile. Solutio tripliciter. Primo quando aliquando est existens et aliquando non existens sine sui corruptione. Secundo quod est incorruptibile pro tali tempore pro quo est licet pro futuro aliquo tempore possit corrumpi. Tercio dicitur incorruptibile quod nunc est et impossibile est postea non esse et isto modo propriissime dicitur incorruptibile.

Arguitur Quod iam non corrumpitur sed in futurum corrumpetur non debet dici incorruptibile. ergo secundus modus inconvenienter positus est. Antecedens patet. quia sic omnia naturalia dici possent incorruptibilia. Solutio Alberti secundo modo dicitur aliquod incorruptibile quod non cadit sub corruptione et privatione actus corruptionis secundum actum hoc autem contingit dupliciter scilicet quando res est nunc secundum actum et in ea est virtus siue potentia corruptionis, vel quando res nunc est et in futurum aliquod non erit corrupta. Et per hoc patet solutio. quia ut inquit Albertus talis secundum quod in futuro aliquando corrumpetur potest dici cadens sub corruptione. In quantum autem tempore debito non corrumpitur dicitur incorrupta vel incorruptibilis.

☞ Arguitur. Aresto. videtur ponere quatuor modos incorruptibilis scilicet quod incorruptibile etiam dicitur quod non de facile corrumpitur. Solutio ille modus potest comprehendi sub secundo unde dicit albertus quod duplex est modus incorruptibilis secundum potentiam scilicet a privatione temporis debiti et aliquando a facilitate corruptionis.

☞ Queritur. quare Aresto. determinat hic de possibili et impossibili Solutio quia usus est illis terminis in definitionibus geniti et ingeniti etc.

☞ Queritur. quid est possibile. Solutio philosophi possibile est quod determinatur per

maximū in quod p̄t. Ut si q̄s possit precise portare centū talenta tūc p hoc maximū determiatur eius potentia lꝫ em̄ possit portare vinginti vel trigita qꝛ si excellens p̄t tūc p̄t ⁊ illud qđ ꝯtinet̃ in tali excellenti qꝛ virtus est vltimū de potentia rerum.

Queritur Quid est impossibile siue impotentia. Solō Impossibile est qđ determiat̃ in minimū in qđ nō p̄ot potentia vt si q̄s posset p̄cise portare centū talenta ⁊ impotens esset ad portanduꝫ aliq̄d vltra tūc determiat̃ eius potentia p hoc minimū qđ excedit materiā hmōi vt dicam⁹ ꝙ non poteſt portare centū ⁊ vnū.

Queritur Que est instantia quā remouet phs. Solō hec. Qꝫ potentia nō sit determinā̄da p ei⁹ vltimū qꝛ nō seq̄tur si visus p̄t videre p miliare aliquā rem magnā ꝙ posset videre om̄es ptes cōtentas in illa magnitudine. Nec audiens magnū sonū p̄t semp audire minimū sꝫ magis seq̄tur oppositū. Soluit phs ꝙ potentiā determiari per vltimū p̄ot intelligi dupl'r. Vel ƀm veritatē. vel ƀm rē potentia visiua determiatur p vltimū ƀm virtutē qꝛ videre rem paruā est maioris virtutis q̄ꝫ videre rem magnam.

Arguitur Actio fit a ꝓportōne maioris ineq̄litatis agentis supra patiēs talis aūt ineq̄litas fundat̃ in excessu diuisibili. g̊ potētia actiua nō p̄t definiri p maximū cui⁹ rō ꝯsistit in termio indiuisibili. Solō lꝫ talis excessus sit diuisibilis ƀm rōnē mathematicā in potentia corpea que nō ē pure actiua nō ē tn̄ diuisibilis ƀm rōnē ptātis ⁊ quātitatis formalis in virtute pfecte actiua. ⁊ ideo dicit phs secūdo de aīa ꝙ oīm natura cōstantiū certus ē terminus magnitudinis ⁊ decrementi.

☞ Arguitur. Potentia passiua nō definit̃ p minimū ꝓbat̃ de diuisione continui que nō stat ad minimū. Solutio lꝫ nō sit dare minimū in potentia cōtinui. respectu p̉uatōnis tn̄ est ibi dare minimū p respectū ad formā mediante qua hꝫ ordinē definitū ⁊ determiatū ad potentiā actualem.

Capitulū terciū

Queritur Quot p̄mittit phs in hoc capitulo p̄ambula ad ꝓpositum suū deseruientia. Solutio q̄tuor. Primū est. omne quod est ī potentia ad esse ⁊ nō esse habet determinatū tp̄s sui eē ⁊ nō eē ꝓbat qꝛ si id qđ natū est eē ⁊ nō eē nō haberet determiatū tp̄s sui esse tunc ipsum posset semper esse ⁊ quia ip̄m est etiam in potentia ad non esse posset semp non esse que sibi repugnant. Impossibile est em̄ aliq̄d semper esse et semper non esse quia essent duo tp̄a infinita etiam dictum est ꝙ oīs potētia est respectu alicui⁹ vltimi.

¶ Contra possibilitas essendi rei generabilis potest esse tp̄aliter infinita ꝓbat̃ qꝛ generationes ⁊ corruptōnes sunt perpetue. secūdo de generatiōe ⁊ p̉ncipia reꝝ generabiliū sūt ꝑpetua p̉mo physicoꝝ. g̊ possibilitas essendi orta a talibus principijs est tp̄aliter infinita. Solutō argumentum procedit de mutua duratione generatōnum ⁊ corruptōnum ⁊ sese consequentiū sed impossibile est ꝙ potentia materie generabilis perfecte

cōprehendatur per vnicam generatōnem ꝓpter excessum talis potentie sup ambitum talis actus. vnde sicut in logica dicit̃ genus non posse saluari in vna specie. ita ꝛ physica materia que est potentia generatōnis nō pꝫ perfecte saluari in vno generato.

Queritur Quod est secūdū preambulū. Sol'o verū ꝛ falsum dicunt̃ simpliciter vel ex suppositōne simpliciter quidā vera sint triangulus habet tres angulos ꝛc. Ex suppositōne sicut diameter est cōmensurabilis coste quadrati aliquo supposito. Terciū p̄ambulū falsum absolute ꝛ simpliciter ꝛ falsum impossibile non sunt idem. ꝓbat̃ quia te non stante dicere te stare falsum est sed non ē impossibile sed aliquē sil'r stare ꝛ sedere est falsum impossibile. sil'r ex falso supposito nō sequit̃ impossibile sed ex impossibili sequit̃ impossibile. Quartū p̄ambulū licet aliq̇d habeat potentiam ad opposita scꝫ ad sedere ꝛ nō sedere siue stare non pōt habere opposita simul vt scꝫ in eodēꝫ tp̄e sedeat ꝛ stet. sed vna potentia reducit̃ ad actum in vno tp̄e ꝛ altera in altero tempore.

Queritur Vtꝝ ens sempiternū sit corruptibile Solutio nō hoc ꝓbat. q2 quod est sempiternū habet potentiam ad semper esse quod aūt est corruptibile potest aliqn̄ non esse aliqn̄ aūt nō esse et semꝑ esse repugnant.

Queritur Vtrū nullū ens sempiternū sit genitū. Solutio phi q sic ꝓbat ph's trib' rōnibus. Prima quia omne genitum possibile fuit aliquo determīato tempore non esse sicut omne corruptibile potest determīato tp̄e accipe non esse. sed impossibile est omne sempiternū aliq̇d non esse. g̊ impossibile est sempiternū esse genitū vel corruptibile. Qꝫ aūt corruptibile non possit aliqn̄ non esse ꝓbat quia id qd̓ potest durare ꝑ tempus infinitū potest etiam durare ꝑ tempus finitū. sempiternū ē hmōi. g̊ sempiternū nō potest aliqn̄ nō esse. Secūda rō quia cōtradictoria istius qd̓ est semꝑ esse est ista nō semꝑ esse. g̊ impossibile est aliquid semꝑ esse ꝛ esse corruptibile. Tercia rō duob' terminis existentib' quoꝝ postremus non potest esse sine p̄mo cuicūq̧ repugnat p̄mus eidem repugnat et postremus sed ad qn̄q̧ esse ꝛ qn̄q̧ nō esse sequit̃ genitū ꝛ corruptibile esse ergo cuicūq̧ repugnat qn̄q̧ esse ꝛ qn̄q̧ nō eē ei repugnabit esse genitū vel corruptibile sed ei qd̓ est sempiternū repugnabit qn̄q̧ esse ꝛ qn̄q̧ non esse ergo repugnabit ei esse genitū ꝛ corruptibile.

Queritur Vtrū inter semꝑ ens ꝛ semꝑ non ens sit mediū qd̓ aliqn̄ sit ens ꝛ aliqn̄ non ens. Solutō phi sic ꝓbat tali rōne. Inter cōtraria ꝯm modū enunciandi est dabile mediū ꝑ abnegatōnem vtriusq̧ ꝛ semꝑ ens ꝛ semꝑ non ens sunt cōtraria ꝯm modū enunciandi. g̊ inter ea ē dabile mediū ꝑ abnegatōnem vtriusq̧ qd̓ est aliqn̄ ens et aliqn̄ non ens.

Queritur Vtrū nullū genitū siue corruptibile potest semꝑ esse vel semꝑ non esse. Solutio sic ꝓbat. q2 quod est genitū non potest esse ingenitū ꝛ corruptibile nō pōt esse incorruptibile sꝫ ingenitū et incorruptibile cōuertunt̃ sempiterno ꝛ sibi equiualent. ergo genitum et

corruptibile adinuicē corrūpūtur cū eo qđ nō est semꝑ. ⁊ ꝑ ꝯsequēs genituꝫ vel corruptibile nō pt esse sempiternū.

Queritur. Utrū omne genitū sit corruptibile ⁊ ecōtra. Solo phi. sic. Probat duab rōnib. Prima. qꝛ si genitū nō esseꝫ corruptibile sequeret ꝙ esset dabile tēpus mediū inter tēpus finitū ⁊ infinitū sed hoc est incōueniens. ꝑ. Sequela patꝫ. qꝛ tūc esset dabile tēpus qđ esset finitū a ꝑte ante. ⁊ infinitū a parte post. tale aūt est mediū inter tēpus finitum et infinitū ¶ Secūda rō. inter ꝯtradictoria nō est dabile mediū. sed si genitum nō esset corruptibile tūc esset dabile medium inter ꝯtraditoria. ergo genitū est corruptibile. Sequela ꝓbat. qꝛ incorruptibile dicit semꝑ esse. sed genitum necessario aliquādo nō erit. ergo sequitur aliquando semꝑ esse ⁊ aliqñ nō esse. qđ implicat ꝯtradictionem

An Generatio ⁊ corruptio nō ꝯuertūtur. ergo nec generabile ⁊ corruptibile Solo. Generabile ⁊ corruptibile nō ꝯuertūtur ratione transmutationum quas important. Nec etiam rōne terminoruꝫ ad quos termināntur huiusmodi transmutationes. sed ratione potentie que est cōis ⁊ eadē ad istas transmutationes rōne cuius subiectum talis potentie pt esse sub vtraqꝫ ista transmutatione.

Queritur Utrum genitum sit incorruptibile Solo. non Probat phs sic. si genitum esset incorruptibile potentia eius ad esse fuit tempore infinito ante eius generationem. ⁊ si genituꝫ est incorruptibile eius potentia ad non esse fuit tēpore infinito. quod est contra primam suppositionem. Etiam superius dictum est ꝙ omnia possibilia determinātur ad maximū. ideo nō pt determinari ꝑ infinitum tēpus.

Queritur. Utrum ponentes crituꝫ esse incorruptibile vel corruptibile esse ingenitum destruant illud principium de quolibet esse vel non esse. de nullo vero simul. Solo phi sic. Probat trib rationib. Prima est. si ponamus ingenitum corrumpi simul habebit esse ⁊ non esse. quia non est ratio quare magis in vno tempore corrumpatur ꝙ̄ in alio. ⁊ ita vel corrumpetur in quolibet vel in nullo. si in nullo habetur propositum ꝙ ingenitum est incorruptibile. Si in quolibet sic in qꝫlibet habet non esse. et ex hoc est ꝙ ingenitum in vno instanti habet esse et etiam non esse. ¶ Secūda ratio est. in omib signis temporis infiniti ingenituꝫ habuit esse. ⁊ cum sit corruptibile potuit non esse. ergo eius quod est esse et non esse potentia fuit simul. ⁊ sic due potentie ad cōtradictoria erunt simul referendo simultatem ad actum harum potentiarum. ¶ Tercia ratio est omnis potentia precedit actum. ergo si in tempore infinito ens ingenerabile est corruptibile. ⁊ in tempore infinito non ens aliquod factibile simul aliquid erit. qꝛ habet potentiam per infinitū tēpus ad esse. Si ergo ponat in actu in isto tempore infinito simul erit ⁊ nō erit.

Queritur. Utrum omne corruptibile necessario corrumpetur Solo phi sic. Probat. quia si corruptibile

An ꝯ genitū sit corruptibile et econtra

non esset quãdoq corruptum corruptibile semper erit incorruptibile. et si sic tũc semper esse et non semper eẽ erunt simul que sunt contradictoria. ergo corruptibile quãdoq corrũpetur

Ar Aliquid corruptibile corrũpitur contingenter. Patet de lignis appositis igni que possunt extrahi et sic non corrũpi Solo. omne corruptibile necessario corrumpet. verificatur in sensu composito et cum constantia subiecti. Ratio est. quia omne corruptibile habet potentiã ad esse et non esse. licet quelibet talis potentia est determinata ad maximũ siue sit ad esse substantiale siue ad esse accidentale. et per cõsequens nullum corruptibile potest esse tpe infinito. et ergo de necessitate corrumpet.

Queritur. Utrũ omne genitum ex materia necessario corrũpatur in materiam Solo phi sic Probat. quia si aliquid esset perpetuũ et genitũ de nouo. vel hoc esset a casu vel naturaliter. sed nullum istorũ est dicẽdũ. ergo. Non a casu. quia hoc est vt in paucioribus. nec hoc erit perpetuũ. Si aũt sit a natura tunc sequit quod sit genitum ex materia. et cũ illa materia sit potentia ad non esse sequit quod illud quãdoq corrũpetur in materiã. quia oĩs potentia est determinata ad maximũ tempus.

Ar Illud quod est ex materia genitũ potest non esse non respectu potentie in futurum sed respectu potentie in pteritum. Solo phi potentia nõ est respectu pteriti. nam qui dicit quod aliquid habet potentiaz ad pteritum facit de preterito futurum

Querit Que est alia rõ phi probãtis omne genitum corrũpi. Solo hec. quia naturalia generant per alterationẽm pcedẽtem que est in qualitatibus contrarijs que agũt et patiũtur ad inuicez. et ergo nõ sinũt suũ subiectũ esse sempiternũ.

Ar Ad pteritum est potentia. ergo falsum est quod dicit phus in solutione pdicte instantie. Anñs probatur. quia grãmaticaliter dicimus iste potuit et iste poterat. et nõ solũ iste poterit. dicimus etiam quod potentia dei est ad omne tempus Solo. potentia pro tanto potest esse ad pteritũ inquantum potentia in preterito designatur. tñ ad pteritum non refertur tanquã ad pteritum. sed tanquam ad sibi futurum. et sic ad pteritum vt ad preteritum nulla est potentia. Cuius ratio est. quia potentia ex proprietate nature sue respicit actum a quo deficit. sed talis non est presens vel preteritus. eo quod preteritum est in actu finis. et presens in actu instantis habitus. futurum autem nõdum est. Et quod additur de omnipotentia dei. dicendum est quod illa extenditur ad quelibet obiecta potentie. modo obiectum potentie saltez distantis ab actu non potest esse ad futurum.

¶ Finitur primus de celo.

¶ Sequit secũdus de celo et mũdo.

Secũdi de celo et mũdo

Uod quidem igitur

neq₃ factum est omne celum neq₃ contingit corrumpi ꝛc.

☞ Querit᷑. de quo determinat phus in secundo libro de celo. Solo. de principali parte vniuersi. sc₃ de celo ꝛ astris. Et diuiditur in quatuor tractatus. In primo determinat de differentijs positionũ que sunt in celo. In secũdo de figura celi. In tercio de figura. natura. ꝛ motu astrorum. In quarto de natura terre. Primus tractatꝰ habet tria capitula. In primo ostendit celum moueri sine fatigatiõe ꝛ pena In secũdo capitulo de differentijs positionum determinat. In tercio ostendit celum moueri pluribꝫ motibꝫ.

Queritur Quomodo probat phus celum non esse factum nec corrumpendum. sed esse sempiternum Solo triplicitet. Primo quia ad hoc dictum nullum sequitur inconueniens quemadmodum ad dictum eorum qui posuerunt celum esse de natura ignis Secũdo testimonio patrum nostrorum. non omniũ. sed eorum qui nos instruxerunt in cultu diuino. Tercio. nam omnes antiqui qui diuinitatis iudicium habuerunt ꝛ de dijs locuti sunt dixerũt celum esse corpus incorruptibile et locum deorum

Querit᷑ Utrum celum moueatur sine fatigatione ꝛ pena. Solutio sic. Ratio est. quia celum mouetur motu perpetuo ergo sine fatigatione et pena. Consequentia ꝓbatur. quia nullũ violentum perpetuũ. sed si moueretur cum fatigatione et pena moueret᷑ violente. Añs pꝫ. q2 celũ est corpus ꝑpetuũ ꝛ incorruptibile ꝛ sine ꝯtrarietate.

Ar Motus celi est cum fatigatiõe ꝛ pena. Probatur. quia est ab extrinseco mouente Solo. licet sit a mouente extrinseco. tamẽ est a passiuo intrinseco. quia celum habet intra se naturalem aptitudinem ad hoc vt sic ab extrinseco moueatur.

Querit᷑ Quot recitat phus opiniones circa motum celi. Solutio tres. Prima est. ꝙ ex hoc ꝙ motus celi est sine fatigatione ꝛ pena non oportet suspicari ꝑm illam antiquam fabulam. ꝙ corpꝰ celeste indigeat atlante ipsum sustentante. posuerũt eñ quidam atlantẽ humeris suis sustentare celum ꝛ brachijs suis mouere celum ꝛ pedes habere fixos in centro. Reprobat phus sic illam opinionem. q2 celum non est graue neq₃ leue. ergo nõ eget aliquo sustentante.

Queritur. Que fuit secunda opinio Solo. eorum qui dicunt ꝙ celum non descendit q̃uis sit graue propter velocitatem motus. quia motus circularis est velocior q̃ motus eius naturalis. sicut patet de ipsa aqua circulariter mota in aliquo vase. Nam si

motus circularis vasis sit multo velocior q̄ motus aque deorsum. tūc per hoc prohibetur ne aqua possit descendere. Hanc reprobat phus tanquã insufficientem. quia quod detinet aliquid ↄtra naturalem inclinatõem nõ potest ipsum detinere perpetuum. sed motus celi est perpetuus. ergo ille non potest fieri per violentiam

Ar̃ Uidetur positio Empedoclis vera. Probatur. q2 videmus ad sensum aquam sic motam non descendere. Sol'o. hoc est ꝓpter aerē circūstantē qui aquā ꝓhibet descendere

Querit Que fuit tercia opinio Sol'o. dicentiū ꝙ in medio celi sit anima que ex oīmi parte ipsum circūplectēs mouet circulariter. cum tamen sit graue. Reprobat phus hanc dicens hoc dictuz esse inconueniēs. quia nõ est rationabile ꝙ corpus ab anima in sempiternū sit coactum. quia nullum violentum est perpetuum. Etiam anima illa mouens corpus contra inclinationem naturalem in perpetuū non posset ducere vitam beatam sine tristicia ⁊ esset peioris ↄditionis q̄ anima aīalis. que quãdoq3 quiescit. vt in somno

Ar̃ Aliquod violentum est perpetuū. Probatur de motu circulari ignis qui est violētus ⁊ perpetuus. et similiter de fluxu ⁊ refluxu maris. vt dicetur in libro metheororum Sol'o. ille motus non est violent⁹ et contra naturam. sed est sibi preter naturam. sc3 quando mouetur ꝓm obedientiam motus superioris.

¶ Secūdum capitulum.

Querit Quomodo reprobat phus opinionem pictagoricorum ponentiū solum duas differentias positionū in celo. scilicz dextrum ⁊ sinistrum Sol'o. quinq3 rõnib9. Prima est. si in celo est dextrū et sinistrum etiam sunt in eo p̄ores differentie positionuz. sed alie sunt istis p̄ores. Probat. q2 dextruz ⁊ sinistrū nunq3 sunt sine sursum ⁊ deorsum. sed sursum ⁊ deorsum bene sunt sine dextro ⁊ sinistro. Primū patz de animalib9 secūdū patz de plantis. ergo si in celo sunt dextrū ⁊ sinistrū. tūc erit etiā in eo sursum ⁊ deorsum. ¶ Secūda rõ est. celum est corp⁹. ḡ in ipso sunt sex differentie positionū. Probat ↄsequentiam. q2 termini dimensionū sunt differētie positionū. quia termini longitudinis sunt sursum ⁊ deorsum. termini latitudinis dextrū ⁊ sinistrū. ꝓfunditatis vero ante ⁊ retro

Querit Quã differenter sunt differentie positionū in animatis et in inanimatis Sol'o phi. in animatis differentie positionū non solum sunt extrema dimensionum. sed etiaz sunt p̄ncipia diuersarum operationū. sicut sursum est principium nutrationis. ante ⁊ retro sensationis. dextrum et sinistrum motus localis progressiui. Ideo in inanimatis nõ sunt differentie positionis nisi in ordine ad nos. Et hoc tripl'r. vno modo dicitur dextrum in inanimatis quod situatur ad dextrum nostrum. et ita de aliis. Alio modo ꝓm similitudinem. sicut in statua Tercio per oppositionem ad dextrum ⁊ sinistrum nostrum. sicut in speculo dicitur dextrū quod respicit sinistrum nostrum ⁊c.

Querit̃ Quot sunt modi terremotus Solutio Alberti nouem. Primus est motus agitatiu⁹ modo ad dexteraꝫ modo ad sinistrã.Secũdus subuersiuus.Tertius scissiuus faciendo apturam.Quartus est ꝑfoꝛatiu⁹ faciendo foꝛamina non magna Quintus est titubatiuus seu tremulus quo scꝫ extra naturalem sitũ egredit̃ ꝛ iterũ redit in eundem. Sextus ruinosus quo scꝫ supioꝛ ꝑs terre cadit in profundum. Septimus est ipulsiu⁹. quo supioꝛ pars longe repellitur a suo situ. Octauus est vectõis.vt q̃n supioꝛ pars ab inferioꝛi vehit̃. Nonus est depressionis ꝛ eleuatõis.vt quando sup̃ficies modo dep̃mitur ꝛ modo eleuat̃ quoꝛũ oĩm albertus ponit rationes.

Qr̃ Quare frequenter terremotũ sequuntur pestilentie ꝛ precipue ouiũ Solõ.qꝛ vapoꝛ inclusus luce ꝑuatus ꝛ aere libero gressus est habẽs quasi venenã naturã ideo aĩalia interficit precipue q̃ per os terre coherent frequenter sicut oues.ille eñ vapoꝛ anteq̃ꝫ totus expiret ꝑ plures dies semper aliquid paulatim expiret.et sic animalia oꝛe coherẽtia terre hauriunt huiusmõi aerem venenosum.Unde seneca narrat de quodam terre motu q̃ grex sexcẽtoꝛũ ouiũ moꝛtuus fuit ꝛ similiter homĩes ꝛ aĩalia.Et albert⁹ refert se vidisse in paduana ciuitate lũbardie ꝙ puteus ab antiq̃ clausus inuẽtus fuit q̃ cũ apiret̃ ad purgãdũ.ꝑmus intrãs moꝛtuus fuit.ꝛ secũdus silr̃.et tertius volens ꝑspicere vbi manerẽt inclinãdo

se in puteũ intãtũ debilitatus est q spacio duoꝝ dieꝝ vix redijt ad se. Cũ aũt aer ille expiraret factus est bonus ꝛ potabilis reddita est aqua.

Tertius tractatus de chorusca tione et tonitruo.

Queritur De quo tractat phs in tertio tractatu huius secundi libri. Dõm q determinat de choruscatione et tonitruo. ꝛ hoc in pmo capitulo. in scdo aũt de enephijs ꝛ thiphonibꝰ. in tertio de fulminibꝰ ꝛ incẽsionibꝰ

☞ Arguitur. Tipho ꝛ enephia sunt venti. ergo deberet de his in precedenti tractatu determinasse So°. licet sint venti nõ tamẽ puri extra nubẽ geniti p eleuatõem exalatõnis. ſʒ geniti sunt intra viscera nubium

Querit̃ Quot premittit aresto. suppositiones in hoc tractatu Solutio. tres. pma duplex eleuat̃ exalatio a terra sʒ humida et sicca. Secũda ille due exalatões quãdoqꝫ simul eleuant̃ et ambe in nubem cõdensantur. Tertia nubes in superiori pte est magis cõpacta et densa propter frigus ꝛ inferius magis rara. Et hoc dicit arestoteles esse cãm q̃re fulmina et enephie mouent̃ deorsuʒ q̃uis calida sint qa ꝓpellũtur ab illo frigore.

¶ Querit̃. Quid est tonitruum Sol'o. est sonꝰ factus in nubibꝰ ex violenta percussione exalationis calide ꝛ sicce inclusa inter latera nubis.

Querit̃ Q̃uo generatur tonitruũ. So°. quãdo exalatio calida et sicca cum vapore qui in nubem condensatus est includitur in nube. tunc propter frigiditatem nubis mouetur huc et illuc et facit magnam percussionem frangendo latera nubis vnde causatur sonus qui dicit̃ tonitruũ. Et hoc probat Arestoteles de lignis viridibus q̃ qñ inflãmant̃ fumꝰ inclusus rũpendo facit sonũ

Ar Exalatio non potest sil' eleuari cũ vapore. Probatur qꝛ vapor citius resoluitur ab aq̃ q̃ꝫ exalatio a terra cũ ergo agens eq̃liter se habeat et ineq̃liter ex pte materie eleuabit vaporem prius q̃ꝫ exalatiõem Dõm q qñ aqua pura est citiꝰ resoluit̃ vapor. sed quãdo aqua est cuꝫ terra mixta tunc non oportet q aqua citius euaporet q̃ꝫ terra etiam potest retardari vapor in eleuando. propter frigus occurrens in aere. vel propter alias causas.

Queritur Quare vapor includit exalationem ꝛ non econtra. So°. qꝛ humor aq̃us cuiusmõi est vapor dilatabilis est et qñ venit ad mediam regionẽ rõne frigoris vbi incipit cõdensari ꝛ inspissari in nubẽ circũfundit̃ sicco terrestri. ꝛ sic qꝛ nubes fit exalatio cludit̃ in nube. ſʒ qꝛ siccum non est ita delatabile. ideo nõ potest vaporem includere. Si autem non simul ascendant tũc vapor stabit in loco frigido ꝛ sic exalatio ascendens virtute caloris sui penetrabit vaporem. sed cum superius magis condensetur iam non poterit ptrãsire. ꝛ sic iterũ clauditur in nube.

Ar Exalatio magis disgregitur quam vapor. ergo non includitur in vapore sed potius econtra. Antecedens probatur. quia incenditur exalatio non autem vapor. Solutio. non incenditur ante inclusionem in nube in qua agitatur et comprimitur. quia si ante inflammaretur tunc non posset includi sicut probat argumentum

¶ De choruscatione.

Queritur Quid est choruscatio. So° est apparitio exalationis incense expirantis ex nube per eius ruptionem.

¶ Queritur. quomodo causatur choruscatio. Respondetur per hoc quod exalatio calida et sicca que sua collisione facit tonitruum extrusa extra nubem secundum multas partes eius subtiliores ignitur propter subtilitatem materie et coloratur. et talis dicitur choruscatio

Ar Ex hoc sequeretur quod choruscatio esset impressio ignita de qua questione dictum est in primo libro Probatur sequela. quia dictum fuit quod tales causantur per inflammationem exalationis calide et sicce. Solutio. dictum est quod exalationem dupliciter contingit inflammari. primo ab extrinseco aliquo inflammante. et sic inflamatur exalatio in suprema regione aeris et fit aliqua impressionum de quibus dictum est in primo libro. Alio° inflammatur exaltio a motu agitativo in ventre nubis. et de isto fit sermo hic.

Contra In nube non potest accendi et inflammari. Probatur nubes est frigida. sed frigidi est frigefacere et non ignire.

So°. per se frigidi est frigefacere eius tamen est calefacere et ignire per accidens scilicet per anteparistasim. Si enim frigus nubis penetraret exalationem calidam inclusam utique ipsam extingueret et frigefaceret iam solum circumfunditur ei. et sic eam fortificat

Queritur Quomodo tunc causatur illa intentio in nube. Dicendum quod per hoc quod frigus nubis expellit a se calidam exalationem. et sic exalatio calida comprimitur et agitatur in nube et in tali agitatione cum materia sit facilime inflammabilis excitatur flamma et sic coagulata ab humido nubis scindit nubem in loco ad quem dirigitur fuga talis exalationis. et sic emicat.

☞ Contra. ex hoc sequeretur quod totus vapor seu tota exalatio simul exiret nubem sed hoc est falsum ad sensum. quia tunc postquam semel fulgurasset vel tonuisset amplius non tonaret. cuius contrarium videmus esse verum. Sequela probatur. quia tota exalatio inclusa agitatur a frigore. ergo tota inceditur et expellitur.

Solutio quod licet tota a frigore agitetur non tamen equaliter. quia exterioribus partibus illius exalationis vicinius est frigus. ideo ille magis igniuntur et expelluntur a sublimi ad inferiorem partem.

Queritur Utrum simul possit tota exalatio expelli nubem. So°. potest simul expelli et successive simul quando quando tota simul ignitur. Non simul quando extra in una parte ignitur non autem intus. nec ubique quando enim exalatio illa non est bene adunata non equaliter ignitur in partibus. aliquando etiam partes exteriores expelluntur et igniuntur paulatim et non partes interiores. eo quod magis coherent.

Querit An exalatio inclusa per idem sit causa tonitrui ⁊ choruscationis et soni tonitrui. Solō. sic. sed non eque p̄mo quia exalatio sui agitatōe est cā soni. postea incensiōis. ⁊ tercio choruscatōis ¶ Querit. quare tūc p̄us videtur choruscatio q̄ȝ audiatur tonitruū. cuȝ sit eo posterior Solō. huius rōnem dicit esse phus ꝙ visus anticipat auditum et celerius imutatur a suo obiecto q̄ȝ auditus ab audibili. ergo cū choruscatio visu ꝑcipiatur p̄us ꝑcipitur q̄ȝ sonus tonitrui. Antecedēs probat per experimentum. q: cum remigantes leuant remos a prima percussione prius videtur eleuatio remorū q̄ȝ audiatur sonus fact⁹ ex p̄cedēti ꝑcussiōe.

Querit Quare anaxagoras ⁊ empedocles dixerūt choruscationeȝ precedere sonū tonitrui vt dicātur generari sicut' ꝑcipiūtur Solō. ideo quia dixerūt ꝙ choruscatio esset ignis interceptus in nube. et tonitruū dixerūt sonū seu stridorem ignis extincti in nube. ſ; clarū est ꝙ sonus stridoris seq̄tur ignem extinctum.

Querit Quō anaxagoras posuit illum ignem intercipi in nube Solō. anaxagoras dixit illum ignem detrusum a superiori loco ⁊ esse partem etheris. Dixit em̄ corpora superiora esse de natura ignis. Hoc dictū reprobat phs duab: rōnib:. Prima est. ignis natus est ferri sursum. ergo male dicit ꝙ moueat̄ deorsum. Secūda. q: si descenderet nō videretur rō quare magis descēderet tpe nubiū q̄ȝ tpe serenitatis. ⁊ q: nō videt̄ descendere tpe serenitatis. ergo nec tpe nubiū.

Querit Quō empedocles posuit ignē intercipi in nube. Solō a radijs solarib: desuꝑ venīētib: quos putauit esse corpora. Hanc positōem reprobat phus duab: rōnib: Prima est. q: sequeretur ꝙ deberet eodem mō fieri in qualibet nube ⁊ in qualibet parte nubis. Seq̄la patȝ. quia radij solares cadūt suꝑ quālibet nubem. et sic eadem erit causa tonitrui ⁊ choruscationis ⁊ aliarum impressionum. scȝ pluuie grandinis niuis ⁊c. ¶ Secūda ratio est. quia sequeretur ꝙ huiusmodi sonus ⁊ choruscatio deberet fieri in aqua calefacta a sole vel ab igne. sed hoc non fit. ergo nec ab igne sic extincto generatur talis sonus. Maior patȝ a simili. Minor ꝓbatur. q: cum aqua calefacta infrigidatur et condensatur nullam videmus fieri excidentiam aut sonū talem

Querit Que fuit alia opinio antiquoꝝ Solō. quidam dixerunt ꝙ choruscatio non esset quid reale sed quid phantasticū. dixerūt em̄ ꝙ appareret vt ignis ⁊ nō esset. Probant ꝑ silē. quia si q̄s ꝑcusserit mare virga vel aliquo huiusmodi tunc apparet in aqua quidā fulgor sine igne. Ita in nube velociter a vento mota apparet ignis. Reprobat dicens. ꝙ erant ignorantes de refractione. quia cum percutitur aqua eleuat̄ aliqua pars eius ad quam refrangit̄ visus ad aliquod corpus fulgidū. ⁊ in pūcto refractōis apparet color quare magis videtur in nocte q̄ȝ in die. q: in die maius lumen obfuscat minus lumen

¶ De Enephia

☞ Querit. circa secūdum capitulū huius tractatus. vbi alij incipiūt ter

cium librum. Utrum enephie ꝛ typhones ꝛc. sint eiusdem spēi cum predic tis impressionib9. scȝ vento terremotu ꝛ tonitruo. Solo sic. Ratio est. q2 sicut omnia que generantur ex vapore humido per coagulationem a frigido sunt eadem ꝭm speciem differētia solum ꝭm magis ꝛ minus ꝛ ꝭm diuersos modos patiendi. Ita omnia que generantur ex exalatione sicca a calido in flammante vel frigido propellente sunt eadem ꝭm speciem. differentia solū ꝭm ꝙ diuersimode patiūtur a calido. vel ꝭm diuersam propulsionem a frigido. iste aūt impressiones sunt hmōi. ergo ꝛc.

Ar Contra. Ignitum et non ignitum videntur specie differre. sed ꝗ dam de illis incendūtur quedam nō. Solo. differūt spē accidē tali. ꝛ ideo subaliter etiā differūt ꝑ accidens. scȝ motu

Querit Quā differenter exalatio calida ꝛ sicca est materia toni trui et choruscationis et ipsius enephie Solo. quia si exalatio illa fuerit eleuata per modicas partes ꝛ subtiles sparsim diffusas fiunt tonitrua ꝛ choruscatiōes. Si aūt exalatio fuerit multa ꝛ spissioꝛ nec fu erit segregata aut subtilis. fit ventus qui dicit enephias.

¶ Querit. Quid est enephias. Solo. est spiritus seu ventus continu us et multus fluens ex nube cū violentia.

Queritur Quare enephias est motus violentus. Solo propter impetuosam ꝛ velocem segregationem. q2 cum exalatio sit multa ꝛ grossa non propellitur nisi a magnitudine frigidi violentetur

Querit Quare tempore generationis enephie accidit obscuri tas in terra. Solo. quia cum multitudine exalatiōis ducit multum secum de nube.

Querit Quare post enephiam accidit pluuia et aque multitu do Solo. ꝑpter multitudinem vapoꝝ ꝯuersoꝝ in nu bem. ꝛ ꝑpter multitudinē nubis ꝯuerse in pluuiā tp̄e enephie.

Arguitur. Uentus facit cessare pluuiam. ergo cum enephi as sit ventus non fit cum eo ingens pluuia An tēcedens probatur per phylosophū in primo tractatu huius tercij. ventus eñ distrahit partes nubis et prohibet pluuias. Solo. hoc est intelligen dum de duodecim ventis de quib9 tractat Arestoteles in eodem tractatu. Iste autem ventus nullus est eorum. sed est egrediens de nube. et ergo non attingit nubem extra sicut alij venti. sed intra. et ideo interiores partes nu bis exufflat super interiores inducendo spissitudinem. et diuidit nubem ꝛ egreditur. et quia dum vna pars exufflatur inundat super aliam. ideo neces se habet cedere ab ea que sibi prius fuit continua. et sic scinditur nubes et ex it ventus non ignitus.

Querit Quid est typho. Solo. typho est ventus circularis causatus propter violentam expulsionem exalationis ca lide ꝛ sicce a nube.

Queritur Quomodo generatur typho. Solo. per hoc ꝙ spiritus inclusus in nube frigiditate ipsius segregatur ꝛ offendit aliquam partem nubis et repercutitur ab ipa. ita ꝙ ex amplo feratur in angustum modicum habens exitum. et ita fit spiritus quidaꝫ circularis. sicut ventus in portis et in artis vijs. Et hoc declarat phylosophus sic. quia quando prime parti exeũti nubeꝫ obuiat aliquod solidum corpus non cadens sed repellens. aut quando exalatio propellitur in strictum locum et angustum exitum. tunc prohibetur procedere recte in anterius. et sic mouetur ad latus. Unde dominus Albertus superaddit adhuc vnuꝫ modum generationis turbinis dicens ꝙ preter illos modos fit turbo per hoc ꝙ aperitur nubes vna in loco vno ꝛ alia in opposito situ. et illi duo venti concurrentes in medio vterqꝫ illorum alterum impellit ꝛ ab eo impellit̃. nõ quidẽ in sublimi. sed vbi terrã ꝑcutiũt, ꝛ sic faciũt ventũ turbinis

Arĝ Contra. Ex duobꝫ rectis. nunqꝫ componitur circulus. sed ambo illi venti mouentur motu recto ex nube ad terram Solo. ex duobus rectis motibus rectis manẽtibus non fit circularis. sed bene ex rectis in circulum circa centrum reductis. et hoc bene ꝯtingit in physicis. licet nõ in lineis mathematicalibꝫ.

Arĝ Contra. Uel illi duo venti essent equaliter fortes vel inequaliter si equaliter vnus alterum sistet. ꝛ sic non venient ad terram. Si inequaliter. ergo vnꝰ alterum vincit et non obliquat nec obliquatur ab ipso. ergo non fit a duobus ventis. Solo. ventus ille rotũdus est. ex hoc ꝙ vterqꝫ ventorum oppositorum habet latus vnum debilius q̃ alter. et vterqꝫ habet vnuꝫ latus fortius q̃ alter. et hoc ex diuersis causis. sicut latus orientale ipsius aquilonis fortius est occidentali latere. quia ibi iuuatur sicco. latus autem orientale ipsius austri debilius est occidentali. et sic latus victum vnius reuoluitur super latus vincens alterius. et ita vincens duplicatur ꝛ confortatur in vtroqꝫ. et sic ista reduplicatio lateris suꝑ latus est causa circũgirationis

De Thyphone

Querit̃ Quomodo differunt enephias ꝛ typho. Solutio tripliciter. Primo. quia exalatio ex qua fit enephias est grossioꝛ ꝛ densioꝛ. et pᵉr consequens ventus maioꝛ. Secũdo differunt. quia enephias mouetur directe a nube ꝛ non mouetur circulariter sicut typho Tercio differunt. quia si exalatio deoꝛsum mota fuerit incoloꝛata ꝛ digesta. tunc est typho. si aũt coloꝛata ꝛ indigesta tũc est enephias.

Querit̃ Quomodo ꝯueniunt enephias ꝛ typho. Solo. In hoc ꝙ vterqꝫ mouetur deoꝛsum per expulsionem a nube Secũdo quia nullus eoꝛum generatur in locis ꝛ tempoꝛibꝫ boꝛialibꝫ. Probat qꝛ frigidũ excellens ꝛ ꝯgelatiuũ est niuiũ generatiuũ.

Querit Quis est effectus typhonis Solo. quod typho secum ducit illa supra que reflectitur quandoque eradicando arbores et quandoque alia eleuando. quia supra que incidit typho ea motu suo vertit et ea sursum leuat.

☞ Queritur. In quo attenditur virtus huius venti. Solo. primo ex percussione nubis ex qua egreditur. Secundo ex quantitate vaporis venti ipsius ex impetu suarum qualitatum inuoluentium que sunt in lateribus huius venti. si enim ista conueniant dicit Albertus tam fortis esse posset quod subuerteret arbores edificia et aliquos montes.

Querit Quomodo differt iste ventus ab aliis de quibus in alio tractatu habitum est. Solo. primo in tempore. quia iste ventus frequenter fit in tempore estiuali quando est tempus tonitrui. alii autem frequenter in vere et autumno. Secundo in loco. quia iste venit in nube. alii ab aliqua plaga mundi. Tercio quia iste accipit figuram rotundam. alii non. Quarto. quia ille eradicat arbores et edificia. alii non.

¶ Queritur. quare hic fit determinatio illius venti cum tonitruo potius quam in tractatu de ventis Solo patet. quia venit de nube et non de aliqua plaga mundi. et propter hoc coniungitur determinatio eius determinationi tonitrui. eo quod eandem habent causam

¶ De Incensione

Querit Quomodo generatur incensio Solo per hoc quod cum spiritus subtilior segregatus fuerit ex nube. ita quod propter subtilitatem suam et motum ignium fit passio que vocatur incensio. huiusmodi enim spiritus repulsus a nube colorat aerem aliqualiter igniendo ipsum.

☞ Queritur. que est differentia inter incensionem et choruscationem Solo. choruscatio fit semper cum tonitruo et tempore tonitrui. Incensio autem sine tonitruo

Querit Quomodo differunt incensio et fulmen. Solo. fulmen incenditur in nube. incensio vero extra nubem. Unde dicitur quod incensio est typho vel enephie ardentes. quandoque enim incenditur enephie. quandoque typho enephie autem sunt typhonibus maiores. sicut supra dictum est

¶ De Fulmine

Querit Quomodo generatur fulmen Solo. per hoc quod spiritus subtilis secundum substantiam et multus in quantitate a frigido nubis expellitur.

☞ Queritur. quot sunt species fulminis Solo. due. Una vocatur algeta. et fit quando spiritus est subtilis valde et magis quam actu calidus simpliciter vel respectu materie subiecte. ita quod penetrat illud cui incidit. sed non adurit. Alia est species que dicitur soloenta. et hoc fulmen fit quando spiritus est minus subtilis. et per consequens tardius penetrans quod maiorem moram faciendo adurat.

Querit Quomodo differũt illa fulmina in effectu. Solo. primum fulmen pertransit et penetrat ea supra que cadit antequam igniat. et hoc propter eius nimiam subtilitatem et velocitatem. Sed aliud prius exurit illa supra que cadit et postea penetrando colorat et denigrat. et hoc ideo. quia adustio propter eius nimiã tarditatẽ peruenit motũ localem

Querit Quare corpora resistẽtia sepius patiũtur a fulmine. nõ aũt resistentia nihil patiũtur Solo. propter duo. primo quia in resistentia agit spũs ampliori tempore. Secũdo quia vbi spũs resistitur multiplicatur spũs propter aduentum superuenientis spũs Hoc aũt probat phs duobus experimentis. Primũ quod eramen .i. ferrum vel calibs clipei aliquãdo fuit in fulmine liquefactum et tamen lignũ eius nihil passum est. Secũdum est quod aliquando fulmen pertransit vestimenta que propter porositatem nõ combussit sed aliqualiter attriuit in frustra hominem aũt interfecit propter ampliorem resistentiam

Querit Utrum fulmen sit spiritus. Solo sic. probat aresto teles per experimentum. quia triplum dicit esse combustum ex fulmine quia flamma ferebatur deorsum et ad multas partes eas incen dendo. et hoc continue.

Querit Quomodo probat phylosophus quod fulmen sit fumus qui passus est ab igne Solo. philosophus dicit hoc eẽ notum ex dictis superius. scilicet in primo. et etiam in libro de generatione. et probat etiam in exemplo predicto. videmus etiã in lignis in igne positis ex qui bus exit paruus fumus qui in exitu inflãmatur.

Ar. Contra. Tenue et facile cedens nõ comminuit corpora dura. sed fulmen comminuit corpora dura. ergo nõ est spũs aut vapor qui est quid debile. Maior probatur. quia durum habet rõnem naturalis potentie. scilicet facile resistendi. tenue vero impotentie. sed quia agens debet esse prestantius passo. Minor ẽ nota ad sensum Solo. aliud est de spiritu aut vapore seu aere in se consideratis et in impetu et violentia. secundum se enim nihil inferũt violentie percussa aũt inferũt maximam violentiam. Cuius causa est quia nullum aliorum corporũ intus et extra efficitur subiectum violentie nisi aer et vapor et maxime aer qui in profundum vt materia propria accipit oẽm ictũ violẽtantiũ

Ar. Contra. Hoc est contra experientiam. quia quandoque lapides et ferrum et alia mineralia videmus descendere. Solo albertus hoc contingit propter mixtionem vaporum eleuatorum quorum materia tendit ad naturã argenti viui luculenti. vnde precipue ferrũ cadit quãdo cadit. quia illud fit ex terrestri luculento et viscoso. et quia multum decoquitur ab igne ideo cadit in specie calibis.

Querit Que est ergo vera causa illius ictus Solo alber. vapor terreus cum aere et quandoque aer solus. Probatur quia nihil ibi percutit nisi quod primi percutientis ictum maxime percipit. sed nihil ita recipit ictus percutientium sicut aer et vapor. vapor autem nunquam percu tit sine aere. cum semper sit aeri immixtus. sed aer bene sine vapore quando

sez vapor vsq; ad terram percutitur

Queritur. Qui sunt effectus fulminis. Solo. ledere flores vinearũ. cum tñ nusq; appareat exustionis vestigium. ledere quãdoq; aurũ ꝛ non saccũ. aliquãdo cõminuere gladiũ sine ꝯbustione vagine. Excutere calceos ꝛ nõ ledere pedes. Aliqñ exurere pilos sub brachijs ꝛ in inguine ꝛ crura aut brachia nõ ledere. Qñq; mutare colorẽ percussi ꝛ nihil aliud facere. Aliquãdo interficere nullo signo lesionis apparente. Qñq; diuidere ꝛ non ꝯburere. Et quãdoq; adurit doliũ ꝛ adhuc stat vinũ nec defluit. Et addũt quidã ꝙ animal venenosum ꝑcussum a fulmine amittit venenũ. ratione cuius ex serpentib; percussis a fulmine generantur vermes. qđ non fieret si haberent venenum. quia hoc prohiberet. Item omne percussum fulmine habet odorem sulfureum. Et animal percussum semper habet caput contra impetum fulminis. Quorum omnium causas recitat Albertus

Queritur Quare dolio percusso vinũ non defluit. Solo alberti reprobantis rõnem senece. Dicit eñ albertus ꝙ hec est ratio. quia fulmen immiscet vino vel alteri liquori vaporẽ viscosum ꝛ sulfureum qui humori liquoris fulminati continuatur ad modum pellis viscose. et illa pellis ꝯtinet liquorez ad tempus ne defluat. Cuius signum dicit esse Albertus si psillium immisceatur vino in magna quantitate ꝯtrahet vinum viscositatem multam ex psillio quod est viscosum. Illa aũt viscositas ꝓpter calorem vini expellit in circuitu vini ꝛ ibi inspissatur. que cum inspissata fuerit si tunc trahatur ducillus de dolio vini ad magnũ tempus nihil exibit

Queritur. Quare ea que a fulmine percutiuntur prius mouentur. Solo philosophi ideo. qꝛ aliquis motus spiritus precedit ictum fulminis et sequitur ictum eius. sed non videt propter subtilitatem. et ille motus mouet corpora

Querit Quare tonitruũ diuidit plantas et arbores. Solo est philosophi in textu ꝙ ideo. qꝛ quando est tonitruum segregantur multi spiritus a nube ꝑcutientes ꝛ diuidentes plantas. ꝛ non faciũt hoc tonitrua suis sonis. sed spũs qui sonũ faciunt

Queritur Que tonitrua sunt magis timenda Solo domini Alberti. tonitruum cuius nubes nigra est parum est timendum quantum ad fulmen. quia nigredo nubis attestatur ꝙ exalatio inclusa sit debilis. et ꝙ sit habũdantia vaporis humidi vincentis exalationem. sed talis nubes multum timenda est quantum ad ictum. Tonitruum autem cuius nubes est rubea econtra se habet. multum eñ timendum est quo ad incensionem. eo ꝙ exalatio est multa et ignea. frigidum aũt expellens est paruum ideo non est multum timendum quantũ ad percussionem. Quando autem nubes est alba tunc tonitruũ non est timendum aliquo modo. quia cause tonitrui debiles sunt. Quando vero nubes est viri

dis tunc tonitruum est multum timendum. qꝛ illa nubes signum est fortis exalationis ꝛ similiter vaporis humidi. et sic talis nubes ex parte percussio nis ꝛ incensionis timenda est.

Tractatus quartus

Queritur De quo tractatur in quarto tractatu Solo de halone. iride. parahelijs. et virgis.

Ar Simpliciora sunt priora. sed iste impressiones sunt ceteris simpliciores. ergo Arestoteles prius debuisset de istis determinasse. Solo de simplicioribꝫ prius est determinandum ceteris paribꝫ. sed quia iste impssiones minus participant de natura subiecti huius scientie. eo ꝙ non fiunt vt huiusmodi motu ad formaꝫ. sed simplici luminis diffusione. ꝛ sic tm̄ materialiter participāt naturā corporis mobilis ad formā mixti imperfecti. eē aūt formale fit sola luminis incidentia

Queritur Quomodo conueniunt iste impressiones. ꝛ quomodo differunt Solo. dicit philosophus ꝙ omnium illorū eadem est causa. fiunt eñ propter refractionem luminis. Differunt autēꝫ penes diuersos modos quibꝫ fit refractio et penes diuersa corpora a quibꝫ vel ad que fit refractio. scꝫ ad solem vel ad aliquod aliud fulgidoꝝ

¶De halone

Queritur Quot ponit Arestoteles suppositiones determinando de halone Solo. duas. Prima quando generatur halo interponitur vapor vel aer inspissatus in nubeꝫ que est regularis ꝛ plena et paruarum partium inter visum nostrum et astrum a quo fit visus refractio. si eñ esset grossarum partium prohiberetur refractio. Hanc suppositionem probat tribus signis. quia si illud in quo consistit halo ꝯsistat ꝛ condēsetur signum est pluuie. sed si disgregetur ꝛ distrahatur signum est venti. sꝫ si paulatim consumatur signum est serenitatis. Primū probat philosophꝰ quia talis consistentia materie supra quam apparet halo significat vaporē ꝯdensari. ideo continue apparet nigrioris coloris. et tandem illam materiaꝫ in nubem couerti ꝛ pluuiam fieri. Secūdum probat. quia si partes abinuicem distarēt ꝛ talis diuisio fiat a vento ipsa est signuꝫ venti. principium eñ ventorum est desuper. cum igitur distrahitur halo cōtingit ventum venire ad nos ab illa parte a qua incipit illa distractio. Tercium probat. quia sicut aer ꝓpter calidum interceptum non potest condensari. sic etiam talis vapor quia marcescit signum est ꝙ habet calidum interceptum qd nō ꝑmittit euꝫ ꝯdensari ad generatōem nubis vel pluuie

Queritur Que est secūda suppositio. Solo. hec. visus refrangitur ab illo vapore ingrossato. posito inter visum nostrum et solē aut aliud astrū. Probat. qꝛ halo nō apparet in opposito astri sicut iris

Queritur Quot sunt accidentia halonis Solo. quatuor secundum phm in principio huius tractatus. Primum halo sepe apparet secundum figuram circuli. Secundum halo habet fieri circa lunam et splendentia astra. Tercium quod non minus fit de nocte circa lunam et stellas quam in die circa solem. nec de meridie quam de sero. Quartum est quod in diluculo circa occasum minus apparet

Queritur Quomodo probat phs quod halo sit circularis figure. Solo. sic. quia visu refracto a punctis vndique equaliter distantibus ab ipso circa perpendicularem radium necesse est refractionem fieri secundum circulum circa eundem perpendicularem radium si nubes fuerit continua et regularis aut secundum portionem circuli si non fuerit continua et regularis. sed halo apparet ex huiusmodi refractione. ergo apparebit circularis si nubes fuerit continua et regularis. aut secundum partem circuli si fuerit discontinua et irregularis secundum grossiciem et subtilitatem. Minor est prius probata per primam suppositionem. Maiorem probat philosophus. quia linee equales protracte ab eodem signo ad aliquam magnitudinem et ab illa refracte equaliter ad idem signum de necessitate franguntur secundum circulum. Et hoc probat Aristoteles in textu demonstratione mathematica per litteras.

Queritur Que est ratio physica quod halo est circularis figure. Solo alberti. quia vapor humidus et rarus qui est materia halonis attrahitur virtute luminis et caloris ita quod radius corporis seu astri lucentis directe cadit super ipsum vaporem. cum autem vapor in medio vbi iuuatur lumine radiorum calidior sit quam in extremis. tunc incipit iam dissipare humidum vaporem qui dissipatus reflectitur ad extremum recedens a radio qui diametraliter percussit centrum vaporis et sic dilatatur circulariter. Preterea humor et omne corpus quod ictu formam accipit in talem habitum impellitur qualis est eius quod impellit. omne autem lumen rotundum est. ergo et aer siue spissus vapor lumine percussus in talem formam redigitur

Queritur Cuius coloris apparet halo Solutio. in medio apparet coloris lucidi seu albi. et in extremis apparet coloris nigri. Ratio primi est. quia in medio radii magis appropinquant. et propter hoc lucent vincendo tenebras. Ratio secundi est. quia in extremitatibus linee radiose corporis lucentis sunt magis refracte. et ergo minus lucent et ita apparet ibi color similis colori nubis qui est color niger

Queritur Quid est tempus apparitionis halonis Solutio tempus apparitionis halonis est autumnus deposit ver. sed inconueniens tempus apparitionis halonis est estas et hyems. Cuius ratio est. quia tempus generationis halonis debet esse moderati frigoris et caloris. frigoris quidem moderati. vt scilicet contineat vaporem. caloris vero moderati. vt radio desuper venienti dissipet vaporem in centro ipsius. huiusmodi autem tempora sunt autumnus et ver et non estas nec hyems. Quare autem magis fit

in autumno ꝙ̄ vere. Rõ est q̄ꝛ cum autumnus sit tempꝰ moderati frigo-ris vapoꝛ in estate in aerem resolutus cõpꝛimi incipit nec tamẽ adhuc ī nubem condensaꝛ ꝛ ideo p̄cipue in p̄ncipio autumni apparet halo. Sed ī vere ꝓpter moderatũ caloꝛẽ frigide nubes hyemis non facile p̄nt frangi. Ex hoc patet ꝙ frequentius in nocte apparet ꝙ̄ in die. Probaꝛ. q̄ꝛ vapoꝛ frigiditate noctis ꝯgata oppꝛimiꝛ nec ꝯdensaꝛ nec cõsumiꝛ. Ex eadẽ cā magꝭ apparet ante diluculũ et post crepusculũ.

Ar Dicit Aresto. ꝙ minus apparet in diluculo ꝛ circa occasum hoc em̄ ponit in p̄ncipio huiꝰ tractatus ꝑ q̄rto accn̄te halonis. Solutio ꝑ occasum ibi dꝫ intelligi declinatio solis a meridie q̄ꝛ tũc ꝓpter moram solis feruentioꝛ est caloꝛ ꝛ nõ debet intelligi ꝑ occasum ip̄m sero vl' diluculũ aut crepusculum.

Queriꝛ Quare frequenter fit halo post flatũ venti australis. Solutõ q̄ꝛ tunc aer plus inspissatus ꝛ ingrossatus ē sed halo hoc mõ hꝫ fieri. Et huiꝰ exemplũ dat Albertus de candelis vel lucernis in balneis aereis circa q̄s talis apparet circulus ob aeris densi obscuritatem.

Queriꝛ Quare halo sepius apparet circa lunã ꝛ alia astra ꝙ̄ circa solem. Solutõ p̄hi ꝙ sol ꝓpter maioꝛẽ virtutẽ calliditatis citius disgregat cõsistentiã nubis ꝙ̄ luna minoꝛẽ habens virtuteꝫ et similiter alia astra.

¶ Queriꝛ. ꝙ̄ dr̄iter ꝑcat halo apparens circa lunã ꝛ solem ꝛ alia astra. Solõ p̄hi ꝙ halo circa lunã ꝛ solẽ apparens est signuꝫ venti vel pluuie vel serenitatis circa aũt alia astra nõ sic repn̄sentat. q̄ꝛ lumẽ alioꝝ astroꝝ ē debile ꝛ sic circa ea nõ apparet halo nisi per vapoꝛem debilem ꝛ tenuẽ ꝛ sic signũ est tenuis caliginis nõ habens fecunditatem.

☞ Contra hm̄õi vapoꝛ tenuis non põt hm̄õi astris appꝛopinquare. g̃ nec circa lunã nec solem nec aliud astrũ fit. Solõ verũ est. imo dicit Albertus ꝙ illa coꝛona que diciꝛ halo ē nobis vicina ꝛ nõ longe fit a terra sed decipiꝛ visus ꝓpter mediũ sicut etiã in alijs patet vt re visa ꝑ berillũ ꝛ baculus visus ꝑ media ꝑte ꝑ aquã apparet curuus vel fractꝰ ꝛ hm̄õi sĩlia.

Capitulũ terciũ de Iride.

Queriꝛ Que est suppositio quã p̄mittit Aresto. determinãdo de iride. Solõ hec Uisus refrangiꝛ ab oĩbus coꝛporibus planis scꝫ ab aere ꝛ aqua nõ quidẽ ab aere in sua puritate accepto sꝫ aliqualiter ingrossato.

Queriꝛ Quõ ꝓbat p̄hs hoc de aere Solutõ quatuoꝛ signis Primũ signũ est q̄ꝛ visus debilis frangiꝛ ab aere nõ inspissato. ergo visus refrangiꝛ ab aere inspissato. Añs ꝓbat de quodã q̄ diciꝛ fuisse antiphon qui visũ ex quadã infirmitate debilitatus q̄ñcũqꝫ ambulauit vidit idolũ ip̄m p̄cedere. Secũdũ signũ q̄ꝛ in mari de longe videntibus naues apparent mali fracti qd̄ accidit ꝓpter vapoꝝ refractõnem. Terciũ signũ est ꝙ oĩes magnitudines apparent maioꝛes cũ euri flaue-

rint ꝛ hoc ideo qꝛ ventus ille aerem inspissat. Quartū signū qꝛ tpe caliginoso videt̄ astra occūbentia ꝛ orientia maiora ī medio celi existentia.

☞ Querit̄ quō pbat hoc idem de aqua. Solō sic. qꝛ visus refrangitur ab aere inspissato. ergo a fortiori ab aqua. aqua eñ est magis speculum ꝙ caligo.

¶ Querit̄ quō generat̄ iris. Solutio ex refractōne luminis solis a nube aquosa ad visum nostrum.

Querit̄ Quot sūt accñtia iridis. Solō phi in principio huiꝰ tractatꝰ ponit eiꝰ vndeci accñtia. Primū. iris nūꝙ apparet ꝑm figurā circuli pfectā. Secūdū ꝙ nūꝙ apparet maior semicirculo Terciū ꝙ sole oriēte ꝛ occidēte fit iris ꝑm maiorē portōnē ꝑm quā fieri pōt Quartū qnto sol magis eleuat̄ sup orizontē tāto apparet iris minor ꝛ ꝑm minorē circuli portōnē. Quintū ꝙ post eqnoctiū autumnale in breuioribꝫ diebꝫ pt fieri iris oī hora. In estiuis aūt nō fit circa meridiē. Sextū ē ꝙ nūꝙ aut raro apparēt plures ꝙ due irides simul. Septimū ꝙ vnicuiꝙ iridi sunt tres colores. Octauū ꝙ iris exterior obscuriores hꝫ colores. Nonuꝫ ꝙ exteriores iridis colores sunt situati cōtrario modo coloribꝫ inferioris iridis. Decimū iris inferior supmā pferiā .i. circūferētiā hꝫ puniceā infimā allurgā ꝛ mediā viridem exterior aūt iris ꝯrio mō se habet. Et isti sūt colores quos solos pictores facere nō pñt scꝫ puniceus purpureus ꝛ allurgus qui sunt ꝑncipales colores iridis. Undecimū est ꝙ color qui apparet inter colorē puniceū ꝛ viridem qñꝙ est color sancos qui causat̄ per iuxtapositōnem coloris punicei ꝛ viridis.

Querit̄ Quomodo differūt halo ꝛ iris. Solutio in sex. Primo quia iris fit ex reflectōne lumis nubis ad visum sed halo fit ex reflectōne lumis a vapore ad visum. Secūdo quia iris semꝑ fit a longe ꝛ ex opposito solis sed halo fit de ꝓpe ꝛ sub sole. Tercio differunt in varietate coloꝝ. quia iris apparet nigra eo ꝙ fit reflectio luminis a nube aquosa sed halo apparet alba eo ꝙ fit refractio a vapore raro. Quarto ꝙa iris est punicei coloris nō aūt halo ꝓbat qꝛ lucidū visū ꝑ nigrū apparet puniceū. igit̄ lumē solis reflexū ꝯtra nubem nigrā ꝛ roridā apparet puniceū Añs ꝓbat de igne viso ꝑ fumū ꝛ de sole viso tpe caliginis. Quinto quia cū nube supra quā apparet iris fit maior diuersitas ꝙ in vapore supra quē apparet halo. iō color puniceus ē ꝑncipalis color iridis ꝛ color albꝰ halonis. Sexto qꝛ in iride est maior pluralitas ꝛ diuersitas coloꝝ ꝙ in halone ꝓpter densitatē ꝛ diuturnitatē nubis supra quē apparet iris.

Querit̄ Utrum in iride sint veri colores vel apparentes tm̄. Solutio Alberti ꝙ sunt veri colores. Rō qꝛ lumē est formalis ypostasis oīm coloꝝ. ergo lumē receptū in ꝑspicuo denso cuiusmodi est in iride causat veꝝ colorē. sunt eñ plures in ꝯtrariū quoꝝ etiā aliquos noīat Albtus quos dicit errasse ex hoc ꝙ ignorauerūt inter formale et materiale ipoꝝ coloꝝ distinguere.

Querit̄ Quō generant̄ colores iridis Solutio ꝓpter refractōnem lumis solis aut alicuius astri splendidi ad nubem

aquosam cū incipiat pluere vel iam desinat. et hoc ideo quia tunc in nube sunt multe parue guttule tanquam parua specula ad quas guttulas nō pt refrangi figura astri sed solū color. Et quia guttule apparent continue. ergo et color apparet ꝯtinuus. et hoc fit quando sol aut aliud fulgidū habet se ex opposito tunc enim necesse est fieri emphasim. i. apparitōnem colorum.

Queritur Quō generatur color puniceus in iride. Solutio ex resplendentia radiorum lucidorum per nubem tenebrosam quia fulgidum visum per nigrum apparet puniceum.

Queritur Quot signis probat Aresto. hūc modū generādi. Solutio tribus. Primū quia in hyeme flantibus australibus ventis apparet circa lucernas iris maxime hn̄tibus visū debilē et oculos hūidos. Cuius cā est quia tūc aer cito ingrossatur propter hyemē et ventū australē seu hūores deferentē et propter fumū resolutū a candela. Secūdū signū quia in aq̄ maris sursum mota a remis nautarum apparet color puniceus propter lumīs refractōnem. Tercium signū est de iride artificiali quia si accipiatur pannus spissus madefactus et ponatur ad oppositū alicuius stricti foraminis per quod transeunt radij solis et tunc reflectantur radij ad pannū deinde fiat subtilis roratio aque inter pānum et foramen apparebit in panno iris cum colore puniceo.

Queritur Quot ponit Aresto. suppositōnes ad ostendendū alios colores iridis. Solutō sex. Prima fuit prius etiam dicta scilicet fulgidū visum per nigrū aut in nigro apparet puniceū. Secūda quanto visus magis protenditur tanto magis debilitatur. Tercia nigrū nō ē nisi velud lumīs negatō. et ergo oīa quanto remotiores videntur tāto nigriora apparēt quia minus lumē hn̄t. Quarta oīa que de longe videntur apparēt nigriora minora et planiora. Causa primi dicta ē in tercia suppōne. Cā secūdi ē quia quanto res ē remotior tāto sub minori angulo apparet. Causa tercij ē quia modica eminētia vel ꝯcauitas nō pt percipi. Quīta quanto nubes fuerit propinquior soli tāto maius lumē recipit. Sexta suppositō ē quod propter refractōem illud quod ē albius apparet esse nigrius. Causa huius est quia propter refractōem debilitantur radij visuales quorum debilitatō facit apparere nigredinem.

Queritur Quō ex his ostēdit generatōem horum colorum. Solutio dicit quod vbi est refractio fulgidi intentōris ad nubē ibi apparet color puniceus vbi vero refractio hmōi ē magis debilis. Ita quod lux sit minor apparet color viridis. vbi aūt adhuc magis debilitatur apparet color allurgus

Queritur Quare etiam iris est tricolor. Solutio patet ex dictis et addit etiā phūs quod ideo est quia sūt solum tres gradus visus et vltra terciū non fit permutatio sensibilis.

Queritur Quō situantur colores in irride Solutio. quādo apparent due irides simul tunc colores eorum cōtrario ordine situantur. Nam in iride inferiori que est pncipalior color puniceus est in suprema periferia quia ibi ē fortior refractio. alie aūt due periferie hn̄t se proportōnabiliter ad istā. Ita quod secūda habet colorē viridem et tercia allurgum.

An Sunt plures colores q̃ tres ipſius iridis. ꝓbaẗ q: eſt quidã color eius qui dicit̃ ſancos id eſt glaucus vel croceus. ⁊ hoc pꝫ ad ſenſum Sol'o tres ſũt colores ꝑncipales ipſius iridis ſcꝫ puniceus viridis et allurgus ſed ſancos nõ eſt principalis ſed minus ꝑncipalis.

Querit̃ Quõ cauſat̃ ille color in iride. Sol'o ex iuxtapoſitõne coloris punicei ⁊ viridis. Et hoc ꝓbat Areſto. tribus ſignis. Primũ. q: qñ nubes eſt nigerrima ad quã fit refractio / tunc colores ipſius iridis apparent magis diſtincti. Secundũ ſignũ q: qñ iris marceſcit tunc color puniceus vertitur in ſancos ⁊ ſancos in viridem ⁊ viridis in allurgũ ⁊ cauſa eſt q̃a colores recedunt cõtinue obſcurando. Terciũ ſignuꝫ eſt ꝙ iris lune apparet maxime alba eo ꝙ nubes ad quã fit refractio eſt nigra ⁊ fit de nocte q: nigrũ facit debiliter albũ videre penitus albũ. Etiam ꝓbat Areſtoteles hoc per id qđ fit in floribus ⁊ picturis quia ĩ illis ꝓpter iuxtapoſitõnem coloꝝ apparent varij colores. Et ergo colligentes flores cum candela ſepe decipiũtur ⁊ accipiunt alios ꝓ alijs.

Querit̃ Quare cum due irides apparẽt tunc exterior ſeu ſuperior apparet obſcurior q̃ inferior. Sol'o ꝙ ideo q: que a longe vident̃ apparent obſcuriora.

☞ Queritur. quare iris exterior habet colores ſituatos ex oppoſito interiorís ſeu inferioris. Sol'o ꝙ id q: q̃to fit maior receſſus a fortiori refractõne tanto fit color debilior ⁊ q: ſuperior iris ꝑ inferiorẽ piferiam plus accedit ad fortiorẽ refractõnem. ergo apparet in inferiori piferia intentior color.

☞ Querit̃. quare nõ pñt apparere plures irides q̃ due. Sol'o quia reflectio luminis continue elongat̃ ⁊ fit debilior ⁊ ſic vltra ſecundã iridem eſt ita debilis ꝙ non poteſt aliam iridem vlterius cauſare.

Querit̃ Quare iris apparet ſm figuram ſemicircularẽ. Solutio ꝙ ideo q: centrũ iridis viſus ⁊ aſtra ſunt in eadem linea. ergo aſtro exiſtente in oriente centrũ iridis erit in occidente. Cũ ergo orizon interſecet circulũ iridis in ptes equales apparebit nobis ſemicircul⁹

☞ Querit̃. quare nũq̃ apparet ſm portionẽ maiorẽ ſemicirculo. Solutio. quia tunc oporteret aſtrũ deprimi ſub orizonte ſed aſtro exiſtente ſub orizonte impoſſibile eſt apparere iridem.

¶ Querit̃. q̃d ẽ orizon. Sol'o ꝙ circul⁹ celi diuidens ptẽ viſã a nõ viſa

Querit̃ Quãdo apparet iris ſm maximã portõnem ſemicirculi qua apparere poteſt. Sol'o. qñ aſtrum eſt in oriente vel in occidente. Rõ eſt quia q̃to aſtrũ eſt magis ꝓpe terram ſicut eſt in oriente ⁊ occidente tanto iris plus eleuat̃ ſuper orizontem nr̃m eo ꝙ fit ex oppoſito vt dictũ eſt. ſed q̃to magis eleuat̃ iris tanto apparet maior. ꝗ.

Querit̃ Quãdo apparet iris ſm minimã portõnẽ ſm quã apparere poteſt. Sol'o. qñ aſtrũ fuerit eleuatũ ſupra orizontem. Rõ eſt quia centrũ aſtri ⁊ centrũ iridis ſunt in eadem linea. ꝗ q̃to aſtrũ magis eleuat̃ ſuper orizontẽ noſtrũ tanto magis deprimit̃ iris ſub

terra. ꝛ q̄to magis depͥmitur sub terra nobis apparet minor. Ex quo pꝫ ꝙ ſm minimā eius portōnem apparet in meridie Rō qꝛ tūc sol est maxime eleuatus. ꝛ sic iris maxime depͥmit̃. hec oīa de figura iridis ostendit phus mathematice ꝑ litteras in textu.

Queritur Quare iris raro fit a luna de nocte Solō. ideo qꝛ nō p̄t fieri a luna nisi ip̄a existēte plena. hoc aūt raro fit. Etiā qꝛ debilis est luna in eleuatōe vaporis ex quo fit iris. Etiam oportꝫ lunā esse in oriente vel occidente nube habente sitū directe oppositū que omnia raro ꝯtingūt. Et ergo dī phus ꝙ in annis quinquaginta solū bis ꝯperimus iridem de nocte factam

Queritur. Quo tp̄e apparere p̄t iris Solō. dicendū sicut dicit phus. ꝙ post eq̄noctium autūnale p̄t appare re iris qualibet hora. sed post eq̄noctiū vernale. scꝫ diebꝫ longioribꝫ. nō p̄t oī hora apparere. Cuius rō est. qꝛ portiones circuli quas describit sol in diebꝫ longioribꝫ sup̱ orizontē sunt minores semicirculo. et ideo cum sol ꝑuenit ad meridiē tūc centrū iridis totū depͥmit̃ sub orizonte. ita ꝙ tunc cū tota iridis circūferencia est sub orizonte nostro

Querit̃ Utrū iris excludat cathaclismū. i. vl̄e diluuiū Solō sic Rō est. qꝛ iris semꝑ apparet in materia humida et sic excludit excellentiā caliditatis etiā. qꝛ apparet in nube rorida ꝛ q̄si ꝯsumpta

¶De Uirgis.

Querit̃ Quid sunt virge. Solō. sunt radij ꝑpendiculariter ꝓcedētes a sole ad visuꝫ ꝑ nubē discōtinuā siue ꝑforatam aut ꝯtinuā ꝛ rarā. q̄s vulgares vocāt cordas tentorias solis.

Querit̃ Q̄uo generantur virge Solō. dupl'r. Primo qn̄ nubes nō est vndiqꝫ ꝯtinua sed certis locis ꝑforata. tūc radij solares transeūtes ꝑ foramina nubis supra quosdam vapores existentes in illis foraminibꝫ nubis refracti apparent ad modum quarūdā cordarum albarum. Secūdo modo generantur quando nubes est vbiqꝫ ꝯtinua sed est in vna parte magis rara q̄ꝫ in alia. tunc radij solares penetrant nubē in partibꝫ raris. et sic causantur virge quandoqꝫ nigre qn̄qꝫ virides qn̄qꝫ punicee ſm diuersuꝫ dominiū claritatis luminis cū obscuritate nubis.

¶De parahelijs

Querit̃ Quid est parahelius Solō. Est nubes rorida ꝛ splendida sequens solem et expͥmens effigiem solis. Et dicit̃ parahelius a para quod est iuxta et helios sol quasi imago solis apparens iuxta solem

Querit̃ Q̄uo generatur parahelius. Solō. per hoc ꝙ ad nubem maxime regularem ꝛ spissaꝫ lumen solis fortiter refrangitur. qꝛ tūc apparebit color albꝫ ad similitudinē alterius solis. debet aūt

esse nubis regularis. q2 dicit phus q regularitas speculi facit colorez in illo speculo apparentē esse regularem.

Querit. Quare parahelius est magis signuz pluuie q̄ virge Solo. q2 nubes supra quam apparet parahelius est densior. ideo ex ipsa magis p̄t generari pluuia

☞ Querit. quare parahelius australis. hoc est qui generatur ex latere australi solis est magis signū pluuie q̄ borialis. Solo. q2 aer australis magis dispositus est ad permutationem in aquam q̄ borealis, pter frigiditatē et siccitatem pellentes nubes.

Querit. Quare parahelij fiunt circa ortū z occasum solis. z nō in meridie Solo. ideo quia sol in meridie est nimis altus z refractio virgarum et paraheliorum parua est. et ita cum nubes valde remota est non pertingit ad visum. quia dicit phus q visus remotus a paruo speculo debilis fit in videndo

☞ Querit. quare virge z parahelij non fiunt supra solem nec sub sole. sed a latere Solo. ideo. q2 si fierent sub sole z pe solem tunc sol sumeret vapores. sed si fieret sub sole z remote tūc nimis spargeretur radius solis ad latus z fieret debilis refractio

Querit. Quare tempore apparitionis virgarum z iridis non fit diluuiū Solo. q2 diluuiū vniuersale generatur per abūdantem pluuiam. sed quia non apparent virge et irides nisi cum sint nubes tenues. sed parahelius apparet in nube densa vt dictum est. ideo nō excludit diluuium.

Ultimus tractatus de generatis sub terra.

¶ Querit. de quo tractat phus in vltimo tractatu Solo. de lapidibus et generibus metallorum

Querit. Quot ponit suppositiones in principio huius tractat? Solo. duas. Prima est. sicut supra terram est duplex exalatio scz humida et sicca. sic etiam infra terraz est vna vaporosa. i. humida. z alia fumosa. id est sicca. Secunda est. sicut infra terram est duplex exalatio sic etiam generantur infra terram duplicia corpora scz corpora fossibilia et metallica.

¶ Querit. que sunt principia fossibilium. Solo philosophi. est exalatio sicca a domino sm q ignita est a calido. et sic exalatio est materia z ignis est efficiens. non autem ignis sm q calidum sed sm q cōmensuratum est o frigido celesti. mediante humiditate continuante. Unde dicit philosophus q quedam fossibilia sunt quasi puluis coloratus. sicut illa que generantur a

calido consumente et aliqualiter adurente humidum ꝯtinuans. Alia sunt generata ex eadem exalatione a calido exalante humidum superfluum ꝛ fortiter terminante humidum cum sicco

Queritur. Quomodo generātur metalla. Solo. ad hoc dicit philosophus ꝙ quecūq metallantur. hoc est omnia que habent formam metalli generant ex exalatione vaporosa materialiter et a frigido congelante

☞ Queritur. quomodo differūt metalla Solo. quedaꝫ sunt fusibilia quedam ductibilia. Fusibilia sunt que plus accedunt ad naturam humidi ꝙ̄ ad naturam sicci. sicut stannum et plumbum Ductibilia autem sunt que habent humidum magis reductum ad medium per siccum. in quibus scꝫ est bona terminatio sicci ꝛ humidi. vt in auro ꝛ ere. etiaꝫ illa que habent humidum viscosum nō separabile a sicco. sicut ferrum.

Querit̄ Quomodo conueniūt metalla in modo generandi cum rore et pruina. Solo. In hoc. quia sicut ros ꝛ pruina fiunt super terram ex vapore humido et a frigido coagulante. sic metalla fiunt ex vapore incluso in partibꝫ terre. ꝛ precipue incluso in lapidibꝫ a quibꝫ coartatur in vnum per admixtionem siccitatis lapidum ꝛ ꝑ coagulatiōeꝫ factam a frigido ex virtute celesti. que dr̄ virtus mineralis

☞ Querit̄ quomō differunt metalla in modo generādi a rore et pruina. Solo. sic. quia ros ꝛ pruina fiunt super terram ex vapore humido post segregationem sicce exalationis. sed metalla fiunt in terra ex vapore humido an̄ segregatōem sicce exalatōis. sic ꝙ sicca exalatio manet in metallis

Querit̄ Quomodo probat philosophus ꝙ metalla habeant in se virtutē exalationis sicce Solo. philosophus probat hoc per signum. quia metalla igniuntur exurūtur et in puluerem redigūtur ergo habēt terram virtute

☞ Queritur. quare aurum igniendo non fit minoris ponderis quemadmodum alia Solo philosophi. quia aurum generatur ex subtilissimis sicco ꝛ humido non habentibus aliquod impurum admixtum quod purificando segregetur.

Querit̄ Que est materia propinqua omnium metallorum Solo. sulfur. es. ꝛ argentum viuum. quia virtute caloris sulfuris vapor humidus commiscetur cum pingui terrestri in argento viuo. et ibi calor sulfuris digerit ꝛ adunat terreū ꝛ aqueū. ꝛ frigiditas argenti viui ꝯdensat et indurat ꝛ fit metallum.

¶ Queritur. quomodo metalla comparātur planetis. Solo. plūbum comparatur saturno. stannum ioui. ferrum marti. aurum soli. es veneri. argentum viuū mercurio. et argentū lune. Vel sic. Aurū soli. argentum lune. cuprum ioui. stannū veneri. ferrum marti. plumbum mercurio. calibs saturno. vnde sequitur ꝙ sunt septem genera metallorum

Queritur Quare arestote. in hoc libro non determinauit de mineralib; in speciali Solo alberti. quod ideo. quia cognitio mineraliũ in speciali haberi nõ potest nisi prius sciantur operationes qualitatum primarum quas habent in corporib; mixtis. ergo prius determinãdũ fuit de impressionibus primarum qualitatum in taliter mixtis corporibus Et tantũ de tercio libro metheororũ

¶Sequitur Quartus metheororũ

Quoniam quidẽ quatuor cause determinate sunt elementorum. barũ quidem coniugationes etc.

☞ Queritur de quo tractat phs in quarto metheororum. Solo. de impressionib; qualitatũ primarũ in corporib; que sunt mixta. Causa autem huius determinationis est. quia post hũc librũ sequitur consideratio de naturã ipsorũ mixtorum iam in esse mixtionis constitutorum sicut in predictis trib; determinatum est de corpore mobili simplici vt est in via vel vt mouetur ad mixtionẽ Sed quia quecunque miscentur miscentur per operationes et passiones primarum qualitatum. ideo cõuenienti ordine in hoc vltimo libro fit de istis determinatio

Ar De istis quatuor elementis determinatũ est in secũdo de generatione. ergo superfluit hec scientia. Anũs est notũ. et fatetur hoc phs in principio huius quarti. Solo. in libro de generatione determinatũ est de eis secundum quod quatuor sunt cause eorum. vt hic dicit phus in textu. que sunt qualitates prime et secundum quod transmutantur adinuicem. sed nõ est ibi determinatum de operationib; elementorum secundum diuersam illorum commixtionem secundum quam alia et alia mixta causantur

Queritur. Quomodo diuiditur ille liber Solo. in quatuor tractatus. In primo determinat phus de operatiõibus qualitatũ actiuarũ. In secũdo de effectib; communib; qualitatũ passiuarũ In tercio de passionib; consequẽtib; ad diuersitatem mixtorum secundum quod mixta sunt scilicet de coagulatione. mollificatione. madefactiõne. de directiuis curualib;. de cedentib; pulsu et sic de aliis plurib;. In quarto de subiectis que substant huiusmodi passionib; determinatis in tercio tractatu. scilicet de omyomeris. et vnde eis conueniat impinguatio. et quod ipsis conuenit coagulatio propter terrã et aquam que sunt in eis. et quod omnis mollificatio refertur ad omyomera rõne terre et aque ex quib; componũtur. et de similib;.

Queritur Quot sunt qualitates prime. Solo phi. quatuor. quarum due sunt actiue que sunt calidũ et frigidũ. duo vero passiue scilicet humidum et siccum.

Querit̃ Quō Arestoteles ꝓbat in hoc quarto duas esse qualitates p̄mas actiuas ₇ duas passiuas. Solō p indu ctōnem suoꝝ effectuū ₇ per definitōnes illaꝝ qualitatū.

Querit̃ Quot sunt effectus elementoꝝ p̄ncipales. Solō sex scʒ terminare ₇ transmutare ea que sunt homogenia siue vnigenia ₇ etherogenia siue nō homogenia. ₇ humectare ₇ arefacere et indurare ₇ mollificare.

Querit̃ Quō ex hmōi effectibus ostendit̃ caliditas esse qualitas actiua. Solutio sic quia ista agit in mixtis siue homogenijs siue etherogenijs. Calidū em̄ terminat res deducendo eas ad cōplementū digestionis ₇ maturatōnis ₇ hoc dicit phs in hoc quarto ꝙ ostensurus sit in eo ꝙ digirendo calidū vincens om̄ia termīat ₇ ducit ad complementū. Terminat etiā generando calidū naturale quia ip̄m est instrumētū ꝟtutis formatiue i mixtis ₇ iō aliquādo dr̄ distinctiuū calidū q̄a dat formā per quā ponit̃ res in esse distincto. Secūda aūt ꝑatio calidi est transmutare id quod patit̃ ab eo ₇ hec est plena cū de crudo facit maturū si vincat materiā ₇ si nō vincat tamē alterabit eam virtute sua ꝭm ꝙ ē calidū. Itē calidū etiā humectat aliq̄n quedā coagulata p frigidū sicut metallica que sunt es ₇ plumbū ₇ argentū ₇ hmōi. Unde calidū oīa humectat quoꝝ humor constat per frigidum scʒ faciendo humiditatem in eis existentem discurrere ab interioribꝫ ad exteriora. Itē conuenit sibi etiā arefacere ₇ magis q̄ʒ humefacere scʒ per hoc ꝙ extrahit humidū vincendū. Ex eadem rōne conuenit sibi indurare q̄a terrestria humido amisso ₇ extracto assant̃ ₇ indurant̃. Itē calidū etiam mollificat illa scʒ quoꝝ humor est apprehensus sicco ita ꝙ non potest moueri a fundo rei nisi cum ip̄o moueatur siccū terreū sicut sunt ferrū ₇ cornu.

Querit̃ Utrum frigidū etiam operetur illa sex. Solutio sic quia frigidum in mixtis terminat coagulando coadunando ₇ impinguando permutat etiam alterando ₇ calidi effectum impediendo sicut ₇ patet hoc in oībus speciebus indigestionis de quibꝫ tractat phs in hoc libro. Frigidū etiam humectat scʒ inducendo humorē aqueū et conuertendo humorē aereū in humorem aqueum. Et etiam arefacit scʒ comprimendo humorē sicut est in terra vel luto coagulato qđ ex ariditate decidit in puluerē ₇ sicut est in cristallo vbi humor exaruit ₇ hoc mō per se arefacit per accidens aūt calefacit circūstando calidū ₇ pellens ip̄m in interiora rei sicut est videre in floribus in vere quos tangit frigus pruine quia cadentes inueniunt̃ rubei ₇ tandem puluerisantur in cineres. Liquefacit etiā hoc modo ₇ humefacit per calidi operatōnem quā confortat per accidens. Ex quibus etiam patet ꝙ mollificat ₇ indurat quia inducendo vel augendo humidū rei mollificat et cōprimendo indurat.

Querit̃ Quomodo ostendunt̃ per illos effectus humidū ₇ siccum esse qualitates passiuas. Solutio quia calidū ₇ frigidū non agunt illos effectus nisi in humido ₇ sicco. Probat̃ quia humidū ₇ siccum sunt illa que terminant̃ permutant̃ humescunt ₇ arescunt

mollificantur et indurantur.

Queritur Quomodo probatur per definitiones illarum qualitatum. Solutio huius habita fuit in de generatione quia utrumque tam calidum quam frigidum definitur per hoc quod est congregatiuum. congregare autem est agere. Sic humidum est bene terminabile termino alieno et male termino proprio. Siccum autem e contra. Sed bene terminabile vel non terminabile dicitur in eo quod res patitur aliquid.

Queritur Quotuplices sunt operationes primarum qualitatum. Solutio duplices. quedam enim sunt ad esse rei constituendum vel ad destructionem rei sicut generatio mixtorum et corruptio que est putrefactio et de his determinat in primo tractatu. Alie sunt operationes earum que esse rei consequuntur sicut digestio et indigestio cum speciebus suis de quibus tractat in tercio tractatu sicut prius patuit.

Queritur Quare Arestoteles determinat de putrefactione. Solutio. quia putrefactio est via in corruptionem naturalem in omnibus rebus tam naturalibus quam artificialibus. quia naturalia senescunt artificialia vero veterescunt. artificialia tamen etiam putrescunt per corruptionem naturalium que sunt materia ipsorum. Omne enim quod antiquatur tendit in mortem et corruptionem. horum autem omnium finis est putrefactio.

Queritur Quid facit putrefactionem. Solutio. agens primum putrefactionis est aliena caliditas attrahens naturalem caliditatem ad exteriora et sic caliditas propria ipsius mixti ab aliena corrumpitur

Ar Quicquid corrumpitur a suo contrario corrumpitur sed caliditas non est contraria caliditati. ergo. Solutio Alberti. caliditas non corrumpitur a caliditate inquantum caliditas est sed inquantum naturalis est. quia per hoc quod naturalis est tunc proportionabilis est nature mixti in qua proportione contrariatur aliene caliditati et per illam contrarietatem corrumpetur ab ipsa.

Queritur Que est illa caliditas aliena. Solutio Alberti absque dubio est caliditas loci continentis. quia mixtum putrefactionem patitur ex defectu calidi proprii.

Queritur Quam differenter putrefactio est effectus caliditatis et frigiditatis. Solutio Est effectus frigiditatis proprie et caliditatis aliene. Frigiditas enim que est in compositione mixti ad partium coadunationem et congelationem illa calidum exiens et deficiens a se pellit et remanet in partibus terrestribus. Caliditas vero expulsum calidum ad se trahit et sic ab utraque qualitate actiua perficitur putrefactio.

Queritur Quare frigiditas dicitur qualitas mortificatiua. caliditas autem viuificatiua. Solutio Alberti. quia manifestum est quod nihil operatur ad naturam et generationem mixtorum nisi ca-

Quarti libri Metheororū

liditas naturalis ꝛ complexionalis ꝛ hec ad corruptionem mixtorū non operatur nisi inq̄tum est aliena ꝛ non inq̄tum est caliditas. frigiditas autem non operatur ad conseruatōnem ꝛ generatōnem eoꝝ nisi per accidēs et ex parte coadunatōnis materie.

Sed quia iste quartus liber Metheororū in hoc famosissimo vniuersali sancte ciuitatis Coloniensis studio non legitur. nec a magistrandis eius auditio req̄rit. ideo de eius materia hic nō est latior facienda mentio.



Epitomata aľs reparatiões triũ librorũ de Anima in bursa Laurentina famosissimi agrippinensis Colonie studiȷ̃ edita et accuratissime castigata Albertocentonas ꝯtinentia ad honorem summi opificis christifere virginis et gloriosi Hyeronimi incipiunt



Reparatões primi de aïa

Onoruz honorabiliuz notitiam opinantes 7c.

Iste est sext⁹ liber naturalis phie in q̃ phs incipit deter minare de aïa 7 potentijs ei⁹. Et diuidit in tres libros partiales. In pmo docet modū pcedendi in inquisitiõe notitie ipius anime. In secundo determinat de ea quo ad quidditatem eius, 7 de potentijs aïe vegetatiue 7 sensitiuis exteriorib⁹. In tercio determinat de sensib⁹ interiorib⁹ 7 de intellectu 7 virtute motiua. vt patebit inferius

Queritur Primo. vtrū de aïa sit scientia Solo sic. quia de illo est scientia quod habet pncipia 7 passiones de ipso demõstrabiles. sed sic est de aïa. ergo de aïa est scientia. Maior est phi pmo posterior. Minor pbat. qr pncipia aïe sunt illa que ponūtur in eius definitione sed passiones dicūtur eius potētie. vt sunt intellectus agens possibilis. 7 voluntas. 7 sic de alijs. 7 potentie sensitiue 7 vegetatiue.

Ar Aïa non est scibilis. ergo male dr q de aïa sit scia. Añs pbatur. qr oĩs nostra cognitio oritur a sensu. sed aïa nõ est sensibilis. g̃ nec scibilis. et p ɔsequens de ea nõ est scientia. Maior est phi scđo posterioruz Minor pbat. qr solū accñs est sensibile Solo. licet aïa fm subam suam nõ sit sensibilis nec cadit sub sensu. tñ bene cadit sub sensu quo ad opatiões suas. p quas deuenimus in sube cognitõem. Et ergo dicit Alber. q de⁹ gloriosus ad hoc dedit nobis rõnem 7 intellectū. vt ipsa ad sensum reflexa nõ tm sensibilia. sed etiã que sub sensib⁹ latent accipiãt. 7 illa, scz isensibiles sube

Ar Scientia est vlium. sed aïa non est vlis. ergo de ea nõ est scia. Minor pz. qr anima est forma partis. talis aūt est singularis. Solo aïa pt ad duo ɔparari. Uno mõ ad corpus aiatū. 7 sic pcedit argumentuz Alio mõ ad ptes suas subiectiuas quas sub se ɔtinet. scz aïam vegetatiuã sensitiuã. 7 intellectiuã. et sic est vniuersalis habens rõem totius. 7 hoc modo de ea est scientia

Queritur Utrū scia de aïa sit physicalis Solo sic. et rõ est. qr illa scia est physicalis in qua determinat de corpore mobili vel de aliqua pte corporis mobilis. sed ista scia tractat de aïa que est ps corporis mobilis. scz corporis aiati. ergo ista scia est physicalis

Queritur Qualis pars ipsius corpis mobilis est aïa Solo est pars integralis. qr corpus aiatum qđ est corpus mobile ex aïa 7 corpore integratur. sed non est pars subiectiua que vocatur inferius de quo totū pdicatur

Ar Ad physicū spectat determinare de corpore mobili. sed aïa non est corp⁹ mobile. g̃ de aïa nõ est physicalis scia. Minor pz. qr aïa est suba incorporea Solo. licz aïa nõ sit corpus mobile. est tñ formale principium corporis mobilis. qr corporis aiati. Etiã est cã multaꝝ ɔprietatum 7 operationū naturaliū. et sic de ea etiam est scientia naturalis.

Ar Anima transcendit naturā. ergo de eā nō pt esse scia naturalis. p baf de aīa intellectiua. que est qdam intelligentia. sed de intelligentijs nō determinat physicus Solo. aīa intellectiua pt dupl'r considerari Uno mō fm esse suū inferius qd esse hz in corpe. z vt ad corpus z potētias corporeas est ꝯuersa. z sic de ea est scia naturalis. Alio mō cōsideraf fm esse suū supius. vt est intelligentia qdam. z sic nō est ꝯsideratiōis huius scientie sed metaphysice.

Querif Quotus est liber de aīa in ordine librorū naturalis phie Solo. est sextus. Cui9 rō est. qz libri naturalis phie ordinātur fm q ꝓcedimus a magis ꝯfusis z vlioribꝫ ad minus ꝯfusa. sed sic est q aīa est vltima forma z minus cōfusa de qua tractat physicus. ergo etiā liber de aīa inter ceteros libros physicales ponif sexto loco

Ar Dicit aresto. in textu q hystoriā de aīa ꝓpter vtraqꝫ cāni in pmis ponemus. ergo male dr q iste liber est sextus in ordine. Solo. duplex est ordo. scz doctrine. z sic iste liber dr sextus in ordine. Alius est ordo dignitatis siue pfectōis. z sic ꝓcedit argumentū z dcm phi

Querif Qd est subiectū huius libri. Solo. aīa fm suā subam et partes subiectiuas z potestatiuas accepta. qz ipa est pn cipaliter in hac scia ꝯsiderata. z oīa hic ꝯsiderata qdā analogica reductiōe ad eam reducūtur vt inferius patebit

Ar Anima est subiectū cuiuslibet scie. ergo nō est subiectuz istius libri tm. Probaf qz oīs scia inheret aīe z est in ea sicut in subiecto. Solutio. licz aīa sit subiectū inhesionis cuiuslibet scie. nō tn̄ est subiectū attributionis cuiuslibet scie. sed istius scientie tm

Ar Aīa nō pt eē subiectū attributionis. ꝙ. pbaf. qz subiectū dz substare passiōibꝫ. z dz eē p se subsistēs. sed sic nō est de aīa. ꝙ nō est subiectū Minor pbaf. qz est forma simplex. sed illa fm boetiū nullius subiectū eē pt. Solo forma dr qdrupl'r simplex. Primo qz est in fine simplicitatis. z talis nō pt esse subiectū alicuius accñtis. z sic solus deus dr simplex forma. Secūdo dr simplex qz nō est ꝯposita ex materia z forma. et sic angeli dicunf formae simplices. Tercio dr forma simplex p ꝯparatōem ad mixtū. z sic phs in pmo de celo dt esse qnqꝫ corpa simplicia Quarto dr simplex. qz nō includit in se multitudinē suppositoꝝ vt hmōi. z sic spēs spēalissima est simplex. Aīa est simplex nō pmo mō sed tm̄ scdo mō. z talis bn̄ pt esse subiectū accñtiuz

Ar De subiecto dz psupponi qd est z qz est in qualibꝫ scia. sed hic inuestigaf qd est ipius aīe. vt pz p definitōes eius. ꝙ aīa non pt hic esse subiectū Solo ad maiorē. de subiecto dz psupponi qd est z qz est in actuali demōstratōe. sz tn̄ nō est incōueniēs inuestigare qd est ipsius subiecti añ actualē demōstratōem. z sic pt hic inuestigari qd est ipsius aīe.

Ar Omne subiectū est materia. sed aīa nō est materia. qz est forma. ꝙ aīa non potest dici subiectum. Solo. triplex est materia. scz ex qua in qua z circa quā. licet ergo anima non potest dici materia ex qua. potest tamen vtiqꝫ dici materia circa quā vel in qua.

Queritur Quomodo diuiditur iste primus liber. Solutio. diuiditur in duos tractatus Primus tractatus est prohemialis. Secundus est de opinionibus antiquorum quas phus reprobat. In parte prohemiali phus facit tria iuxta preceptum Marcitullij. primo reddit auditores beniuolos. et hoc per ostensionem dignitatis huius scientie. Secundo reddit eos attentos et hoc per ostensionem difficultatis eius. Tercio vero dociles et hoc ex ordine eorum que in hoc libro tractantur

¶ Prima propositio textus

Bonorum honorabilium notitiam opinantes. magis autem alteram altera. aut secundum certitudinem. aut ex eo quod meliorum quidem et mirabiliorum est. propter vtraque hec anime hystoriam in primis ponemus

¶ Sententia istius propositionis stat in hoc quod cum omnis scientia sit de numero bonorum honorabilium. vna tamen scientia dicitur altera honorabilior propter duas causas Prima causa. quia est certioris modi procedendi. Secunda causa. quia est melioris et nobilioris subiecti. Et propter vtramque causam dicit phus hystoriam de anima in primis ponemus. Et ex hoc patet dignitas huius scientie

Queritur Utrum omnis scientia sit de numero bonorum honorabilium Solutio sic. cuius ratio est. quia omnis scientia vt huiusmodi est perfectio ipsius intellectus. Etiam bonum honorabile dicitur quod propter se appetitur. sed omnis scientia propter se appetitur. ergo omnis scientia est de numero bonorum honorabilium

Arguitur Scientia practica non appetitur propter se. ergo non est de numero bonorum honorabilium. et per consequens non omnis scientia est de numero bonorum honorabilium. Probatur. quia scientia practica ordinatur ad opus. Solutio. verum est non omnis scientia proprie loquendo est de numero bonorum honorabilium. sed solum omnis scientia speculatiua. Et hoc denotat phus in textu cum dicit notitiam. quia per notitiam intelligit scientiam speculatiuam. Verum tamen est quod scientie practice quantum est ex parte scientis dicuntur de numero bonorum honorabilium. quia vt sic sunt de perfectione nostri intellectus

Arguitur Omnis scientia est in intellectu. sed intellectus est tantum verorum et non bonorum. ergo nulla scientia potest dici de numero bonorum Solutio. intellectus est verorum per se et etiam bonorum quodammodo. quia obiectum alicuius scientie potest dupliciter considerari. Uno modo in ratione forme. et sic habet rationem veri. Alio modo in ratione finis. et sic habet rationem boni. quia bonum est conditio finis. sicut verum est conditio forme

Arguitur Nullum bonum est prohibitum. sed sunt alique scientie prohibite etiam speculatiue. ergo non omnes scientie sunt de numero bonorum honorabilium. Minor patet de scientijs magicis Solutio. triplici de causa aliqua scientia prohibetur. Uno modo ex parte scientiarum. et sic prohibentur piromancia. necromancia. geomantia que sunt ab autore dyabolico propter pactum verum vel interpretatiuum quod homo habet cum eo. et iste scientie sunt cuilibet christiano interdicte. quia demon nunquam docet aliquam veritatem nisi in finem deceptionis. Secundo dicuntur alique prohibite propter vsum quia ti-

metur de malo vsu earū quis in se sint bone. sicut scientia ꝯficiendi toxicuꝫ. Tercio sunt alique scie. ꝓhite in ordine ad discentē ꝛ certam ꝑsonā. ꝛ sic interdicit sacerdotibꝫ studiū legū ꝛ physice. qꝛ vtiliori studio debent vacare

Querit Quotuplex est bonū. Solō triplex. scꝫ bonū honestū bonū delectabile. et bonū vtile. Bonū honestū est. qđ ꝓpter se appetit. et definit sic a Tullio. Bonū honestum est quod sua ꝓpria vi nos ad se trahit ꝛ essentiali sua dignitate allicit. vt beatitudo. virtus. scientia ꝛ similia. Bonū delectabile est quod ꝓpter se appetit. sed nō est mansiuū sed transitoriū. vt pulcer color. dulcis potus ꝛ cꝫ. et vocat bonuꝫ vt nunc. Bonū vtile est qđ appetit ꝓpter alterum sicut pecunia est bonū vtile. quia queritur nō ꝓpter se sed propter necessitatem victualium. quia est fideiussor humane necessitatis

Querit Quare historia de aīa est in ꝑmis locanda. Solō ꝓpter duas causas. Prima cā est ꝓpter certitudinem. qꝛ est de his que in nobis experimur. quilibet em̄ nostrū experitur se habere animā. qꝛ quilibet scit se habere visum. auditū. tactum. gustum. olfactū. voluntatem. intellectū. ¶ Secunda cā est ꝓpter subiecti dignitatem. qꝛ hec scia est de anima que est ꝑfectior ꝛ dignior forma inter oīes formas rerū naturalium q̄s physicꝰ ꝯsiderat. et ergo ꝯsideratio physici extendit ad eam

Ar Liber physicoꝝ est prior isto libro. ergo historia de aīa non est in ꝑmis locanda. Solō. licꝫ iste liber de aīa nō sit ꝑor aliis ordine. ē tn̄ vtiqꝫ aliis ꝑor dignitate ꝛ ꝑfectōe. vt supra tactū fuit.

Ar Metaphysica est ꝑor dignitate. ergo solutio falsa. Probat. quia habet dignius subiectū. Solō. verū est simplr loquendo metaphysica est oībꝫ aliis scientiis ꝑor. sed tamē liber de aīa est ꝑor inter libros naturales et scientias physicas. ꝛ sic nō fit hic ꝯparatio simplr ad oīes scientias. sed ad alias scientias naturales

Querit Quare aresto. vocat hanc sciam historiaꝫ. Solō. facit hoc ꝓpter quādam silitudinē. qꝛ sicut in historiis non recitant omnia gesta sigillatim ꝛ particulariter ꝓpter plixitateꝫ. sed narrātur oīa summarie ꝛ in supficie solum. Ita etiā phs in hac scia determinat summarie de aīa ꝛ de eius potentiis. et nō singulariter oīa. sed solū in superficie ꝛ figuraliter enumerat q̄ de aīa sunt dicenda. Scđo. qꝛ sicut in historiis agit de actibꝫ ꝛ gestis hominū. ita in hac scia determinat de aīa ꝛ eius actibꝫ. Et etiā sicut in historiis ꝑus facta postea narrant ꝛ ecōtra. sic etiā est in ꝓposito. g̅ bene dr historia. q̄ est rerū gestaꝝ vel tanq̄ gestaꝝ narratio

Querit Quō ꝓbat phus q̄ scia de aīa est vtilis ad oīes alias scientias. Solō. ꝓbat inductiue. qꝛ ꝑmo est vtilis ad cognoscendū scias metaphysicales. qꝛ ex cognitōe aīe saltē rōnalis. q̄ est q̄dam intelligentia assurgimus in notitiā ꝛ cognitōem subaꝝ separatarū. q̄ sunt metaphysice ꝯsideratōis. Scđo est vtilis ad scias morales. qꝛ in scientiis moralibꝫ determinat de virtutibꝫ. sed ille subiectant in potentiis ipsius aīe. ergo cognitio de aīa est vtilis ad morales scientias. Tercio est vtilis ad

phiam naturalē.et hoc potissimū.q2 aīa est pncipiū formale corpis aīati seu aīalis.sed aīalia sunt maxima pars nature.vt dicit phus in textu.ergo cognitio de aīa maxime valet ad phiam naturalem.imo habita notitia aīe habetur maxima pars naturaliū

Ar Scia de aīa est de numero bonoꝝ honorabilium.ergo nō est vtilis Patz pña.q2 bonū vtile 7 honestū ab inuicē distinguūtur vt patuit Solo.bonū vtile 7 honestū pñt dupl'r psiderari Uno modo pprie.7 sic ab inuicem formaliter distinguūtur.Alio mō cōiter.7 sic rō boni vtilis honesti 7 delectabilis pñt vni et eidem bene ppetere.q2 vt sic bonū honestū includit vtile 7 delectabile.sed nō ecōuerso.Et sic patet ꝙ hec scientia potest dici honorabilis 7 etiam vtilis.

Querit Q.ūo phs reddit auditores dociles. Solo.in hoc ꝑponit ordinē 7 modū ꝓcedendi in hac scia.qūo sc3 velit ꝓcedere determinādo.Et dicit ꝙ pmo vult determinare de aīa fm se.hoc est q̄tum ad eius subam 7 essentiā.et postea de potentijs aīe.Et q2 duplices sunt potentie aīe.sc3 q̄dā que pueniūt aīe fm se 7 absolute accepte.et q̄dam que pueniūt toti piūcto.Ideo dt phus ꝙ pmo vult determinare de potentijs aīe q̄ pueniūt toti piūcto.7 postea de potētijs que pueniūt anime fm se 7 absolute

Querit Q.ūo phs reddit auditores attētos. Solo.ostēdendo difficultatē hui9 scie.et oñt phs difficultatē hui9 scie dupl'r.sc3 ex pte modi sciendi.et ex pte rei scite.Ex pte modi sciendi.q2 difficultas est qūo debeat inuestigari definitio ipsius aīe.sc3 an debeat inuestigari tm̄ p viam demōstratōis sicut accñtia.aut p viaz ppōnis 7 diuisiōis.aut p aliquā aliā viam.Ex pte rei scite p3.q2 res nō cognoscit pfecte nisi p sua pncipia.sed q2 diuersaꝝ reꝝ sunt diuersa pncipia.sicut alia sunt pncipia numeroꝝ.7 alia planoꝝ.ergo difficile est scire q̄ sunt pncipia ipius aīe.Etiā difficultas est in quo genere siue pdicamēto sit aīa.an sc3 sit suba vel accñs.et si dicat ꝙ sit suba.adhuc difficultas est an sit in genere actus vel in genere potentie.i.an sit materia vel forma.Exquo qōlibet genus diuidit in actū et in potentiā.Et dt phus ꝙ nō pt dici ꝙ aīa sit simul actus 7 potentia.q2 act9 et potētia nō parū differūt.imo multū.vt dt phs in textu Etiā difficultas est an aīa sit partibilis uel nō partibilis.i.an sit loco 7 subiecto diuisibilis an non.Et rōnabilis est hec dubitatio.q2 quidā dicūt vnā esse animā in oib9 corpib9.Alij vero vt plato 7 sui sequaces dicunt etiā in vno corpore plures esse aīas spē differentes.q2 intellectiuā posuerūt in cerebro.cōcupiscibile3 in epate.7 irascibilē in felle siue cysti fellis.vitalē in corde.7 generatiua3 in vasis seminarijs.Si vero dicat impartibilis.tūc opt3 querere an om̄is aīa sit eiusdē spēi cū alia.7 tm̄ diuidat p indiuidua.aut nō sit silis spēi ois aīa.Et si nō sit eiusdē spēi tūc dubiū est vtrū tm̄ differūt aīe spē vel etiā genere.hoc aūt est valde necāriū.q2 q̄dā supponebāt omniū aīatoꝝ esse easdē aīas spē.et tractando de aīa solū loquebātur de aīa humana.et p hoc crediderūt se sufficiēter de oī aīa determinasse q2 crediderūt ꝙ ois aīa spē pueniret cū aīa humana.et h peccato dr peccasse plato.q̄ dixit eēm spēm aīe eē in corpe hoīs et in corpe hūano plures eē aīaꝝ spēs subiecto differentes 7 forma.

Reparationes

Querit Quomodo procedendũ est si dicatur q̃ anime nõ sunt eiusdem speciei Solutio phi. tunc videndum est an sit vna ratio om̃is anime. sicut est vna ratio generis ſm omnes suas species an sit altera et altera ratio anime. sicut est altera et altera rõ specierũ animalis. vt querendũ est an sit alia definitio vniuiusq̃ anime. sicut est alia definitio equi canis hominis et dei. id est iouis vel esculapij. hoc autem necc̃arium est querere. q2 aĩal vl'e aut nihil est aut posterius est

Querit Que est alia difficultas de anima. Sol'o hec. si dicat q̃ sit tm̃ vna anima in vno viuẽte que tamen plures est in partib9 potestatiuis. tũc dubiũ est an oportet p̃us inquirere de tota anima. vel p̃us de partib9. et q2 plures sunt partes difficile erit determinare differentiã partiũ. q2 inferior semp includi videtur in superiori. sicut potestas militis in potestate ducis. Et iterũ querendũ est vtrum partes anime que sunt potentie sunt p̃us querende vel opera siue actiones potentiarũ. Exemplum est vt dubiũ est vtrum p̃us sit querendũ de intelligere et sentire. vel de potẽtia intellectiua et sensitiua. Et si ꝯstiterit q̃ de operib9 potentiarũ p̃us sit inquirendum. tũc iterum dubiũ est an oport3 p̃mo querere de obiectis circa q̃ sunt opera. aut p̃us de ipsis operib9. et postea de obiectis. vt dubiũ est vtrũ p̃us sit determinãdũ de sensibili vel de sensu et de sentire. vel de intelligibili aut de intellectu et intelligere aut ecõuerso

Querit Quotupliciter dr̃ aliq̃d esse in genere. Sol'o dupl'r Uno mõ p̃mo et p se. et sic aĩa nõ est in aliquo genere. q2 nõ est genus vel sp̃es. ex quo non est aliquod totum Alio modo dr̃ aliquid esse in genere reductiue. et sic anima est in p̃dicamento substantie. q2 reducit̃ ad idem genus cũ suo toto q̃d est corpus aĩatũ. et ergo dicit ph'us q̃ p̃mũ oport3 fortassis querere in quo genere est aĩa

Querit Que est rõ q̃ actus et potentia nõ parum differunt imo multũ Sol'o. q2 illa multum differũt que habent opposita rões essentiales. sed actus et potentia sunt hm̃oi. ergo nõ parũ differũt. Minor p3. q2 potentie est recipe esse. et ipsius actus est dare esse ipsi potẽtie. mõ recipe esse et dare esse sunt essentiales rões opposite

Ar Dicit ph'us octauo metaphysice q̃ potentia idemtice transit in actum. ergo male dr̃ q̃ multũ differũt. Sol'o duplex est potentia. sc3 formalis et subiectiua. iam dictũ ph'i hic in textu intelligit̃ de potentia subiectiua que est ipsa suba materie. dictũ ꝓo eius in octauo metaphysice intelligi debet de potentia formali. quia illa idemtice transit in actum. et fit actus in termino motus

Querit Ad q̃d ꝓpositum dicit ph's q̃ rõ animalis ſm vnũq̃dq̃ aĩal est altera et altera Sol'o ideo dicit ph'us. q2 ipse dicit q̃ difficultas est an debeat dari vna cõis definitio de anima que ꝯueniat anime in vniuersali. Aut sint dande diuerse definitiões pro diuersis animabus. sicut in animali est alia ratio hominis. alia canis et asini. eo q̃ rõ animalis ꝯtracti ſm vnũquodq̃ aĩal est altera et altera.

Primi libri de aīa

Ar Ratio aīalis est vna ⁊ eadem ꝺm vnūqđqꝫ aīal. ḡ Añs patet. q̄a est vna cōis definitio cōueniens hoī boui leoni ⁊ sic de alijs. Solutio licet rō aīalis incontracti siue generica sit vna ⁊ eadem oībus aīalibꝫ. rō tamē specifica ꝺm vnāquāqꝫ speciem est altera ⁊ altera.

Queritur Ad quod ꝓpositū dicit ꝙ vniuersale nihil est aut posterius est suis singularibꝫ. Solutio hoc dixit ꝓpter platonē qui dixit ꝙ esset danda vna cōis definitio de aīali que cōueniret aīali in vniuersali ⁊ nō cōueniret illi vel illi aīali. Et ergo dicit phs ꝙ vl'e nihil ē aut posterius est suis singularibus.

Queritur Quotuplex est vniuersale. Solutio triplex scꝫ Ante rem qđ preuenit sua singularia vt natura humana accepta vt ordine nature sua singularia p̄ueniens ⁊ hoc est vl'e metaphysicum. Jn re ⁊ illud est natura vl'is que ē in suis suppositis ⁊ hoc dicit vl'e physicum. Post rem est eadē natura accepta apud intellectū inq̄ꝫtū sup eā fundant intentiones secūde que sunt gen⁹ species ⁊ similes. ⁊ tale vniuersale est logicum.

Queritur De quo vniuersali intelligit hec autoritas. Solutō intelligit de vl'i post rem. q̄a hoc est posterius suis singularibꝫ. qꝛ tale vl'e dr̄ natura ꝺm ꝙ obijcit intellectui ꝟtute luminis intellect⁹ agentis tanq̄ꝫ formalis notio oīm singulariū. Et sic patet ꝙ vl'e post rem nihil aliud est q̄ꝫ vl'e acceptū ꝺm rōnē vniuersalitatis id est ꝺm ꝙ sibi attribuit intentio secūda. nō tamē dꝫ intelligi ꝙ ip̄m sit secūda intentio. Exemplū est vt natura humana accepta apud intellectū vt abstracta ab hoc vel illo homīe est vniuersale post rem ⁊ illo mō per actū cōpatiuū intellectus format super eam intentio secūda que est species.

Queritur Utrū accidentia magnā partē cōferunt ad cognoscendum ꝙ quid est. Solutio sic ꝓpria qꝛ effectus ducit nos in cognitōnem sue cause. sed accñtia sunt effectus subarꝫ. ḡ accñtia ducunt nos in cognitōnem ip̄ius ꝙ quid est siue ip̄ius substātie cui⁹ sunt accidentia. Maior patet. quia effectus gerit in se similitudinē sue cause. ergo ducit nos in cognitōnem sue cause.

Queritur Ad quod ꝓpositū phs hoc dicit. Solutō qꝛ dicit quia nedū est vtile scire substātiā aīe per sua essentialia. sed vtile est cognoscere ea que ꝑ se accidunt ip̄i. Quia illa multū cōferūt ad cognoscendum quod quid est.

Queritur Que est rō ꝙ accidētia multū ꝯferunt ad cognoscendū ꝙ quid est. Solutio phi qꝛ q̄ñqꝫ posteriora sunt nobis magis nota que sunt accñtalia rei ⁊ nōnūq̄ꝫ substātialia sunt notiora. Quia in mathematicis priora ꝺm naturā sunt magis nota ⁊ ex illis certificant posteriora. Jn physicis vero frequenter sunt occulta nobis que sunt priora ꝺm naturā ⁊ accñtalia nobis magis manifestant ⁊ sic incipim⁹ ex posterioribꝫ ⁊ venimus ad priora. sed qñ ab accñtibꝫ incipimus tūc oportꝫ ꝙ illa accidentia sint ꝑ se ꝯuenientia ⁊ nota nobis ad sensum ⁊ phantasiā

et imaginatōnem. Quia in illis pmo accipimus physica. ⁊ ergo qñcunqȝ bñ ⁊ exquisite sciuerimus tradere rōnem accidentiū tunc etiā expediti erimus ad tradendū rōnem de substātia ⁊ de eo qd quid est. quia per accidētium cognitōnem statim deuenim⁹ in cognitōnē subē. eo q accidētia magnā partē conferūt ad cognoscendū q quid est.

Ar. Omnis definitio debet dari p priora. sed accñtia sunt posteriora. ergo accidentia non possunt nos ducere in cognitōnem siue noticiam quod quid est. Solutio accñtia nō possunt nos ducere in cognitionem sue cause siue substātie a priori ⁊ quo ad qd est sed bene a posteriori et quo ad quia est.

Ar. Album ⁊ nigrū sunt accñtia ⁊ tamē nullo mō ducunt nos in cognitōnem qd quid est ipius sube. Solutō patȝ ex dictis quia duplicia sunt accidentia scȝ ppria ⁊ cōia. Jam dicit ad argumētū q hec auctoritas debet intelligi de accñtibȝ pprijs ⁊ nō de accñtibȝ cōmunibȝ.

Queritur. Ad qd ppositū dicit phs q definitōnes dialectice sūt casse ⁊ vane. Solutō iō qa dixit q accñtia magnā partem cōferunt ad cognoscendū qd qd est ⁊ nedū accñtia ducūt nos in cognitionē qd qd ē qñīno ipm qd qd est sube seu definitio est pncipiū cognoscēdi accñtia. qꝛ definitio ē mediū demōstrandi passionē de suo subiecto. Et hoc nō intelligit de definitōne dialectica q est formalis ex genere ⁊ dña ⁊ sic cassa ⁊ vana. sed intelligit de definitōe causali q dicit qd ⁊ ppter qd. Cui⁹ est exēplū hec definitō Ira est appetit⁹ vindicte. ē vana qꝛ p eā nō possūt cognosci passiones irati ⁊ causa ppter quā inest ira ipsi irato ⁊ subiectū cui primo inest.

Queritur. Quare definitōnes dialectice dicuntur casse ⁊ vane. Solutio ideo qꝛ oīs illa definitio ē cassa ⁊ vana que nō potest esse mediū demonstrandi passionē de suo subiecto. sȝ definitōnes dialectice sunt hmōi. g sunt casse ⁊ vane. Maior manifesta ē. qꝛ illud dicit cassum ⁊ vanū qd nō attingit finē in quē ordinat. cū g definitio ex sui natura ordinat ad demōstratōnē ille definitōnes dicūt vane q nō attingūt illū finē. Minor ptȝ. Quia definitōnes dialectice solū dant p causam formaleȝ que dr esse rei absolutū ⁊ nō sm q est pncipiū suaꝝ passionum.

Ar. Ergo dialecticus incōuenienter definiret si ei⁹ definitōnes essent casse ⁊ vane. Solō definitōnes ei⁹ sūt casse ⁊ vane ad illū fineȝ scȝ ad demonstrandū passionem de subiecto. tamē sunt vtrīqȝ vtiles ad explicandū cē definiti. sicut hec definitio aīal rōnale explicat cē ipius homis.

Queritur. Quotuplices sunt passiones aīe. Solutō duplices. q̄dam sunt q pprie sūt ipi aīe sicut intellect⁹ ⁊ volūtas. itelligere tñ maxie ppriū videt ipi aīe. qꝛ illud qd intelligit ē vle ⁊ hoc ē depuratū a materia. ⁊ iō nō imp̄mit alicui organo corpali. Si ṽo intelligere vel est phantasia vel nō est sine phantasia tūc etiā tale opus nō erit sine corpe. Alie sunt passiones q sunt cōmunes aīe ⁊ corpori sicut ira cōfidentia desideriū quia sine motu ⁊ passione corpis nullus irascit vel confidit neqȝ desiderat neqȝ sentit. Quia ira est accensio sanguinis circa cor cū euaporatōne fellis

Confidentia est ex ꝓtensione sanguinis ⁊ spirit⁹ ad exteriora. Sentire vero fit recepta forma sensibili in organo exteriori. ⁊ sic omnia illa dicũt passiones ⁊ motus corporis.

Queritur Quare necessariũ fuit questionẽ istam mouere an scʒ aĩa habeat aliquã opatõnem siue passionem sibi ꝓpriam.

Solutio quia ex determiatõne illius questionis cognoscitur aliqd qd omnes hoĩes scire desiderant scʒ an aĩa sit sepabilis a corpore an non. Quia si habet aliquã operatõnem ꝓpriam qua nõ cõmunicat corpori ⁊ cõmunicanti corpori tunc contingit aĩam esse separatam. quia opatio nõ potest esse magis separata ꝙ̃ substãtia. Si vero nullã habet tunc etiã nõ cõtingit eã separi ſm esse ⁊ sub̃am. licet forte ſm definitõnem aliquã sicut in mathematicis est ꝙ quedã accidunt eis ſm ꝙ sunt sepata ⁊ tñ nũꝙ̃ ſm esse sunt sine materia. Cui⁹ est exemplũ vt recto accidit ꝙ sphera enea tangit ipm in puncto que tamẽ nunꝙ̃ tangit ipm in puncto sepatũ. sed tangit ipm cõiunctũ cũ materia sensibili non in puncto sed in superficie eo ꝙ tactus corpoꝝ est. et sic etiã erit de aĩa. Si eñ in oĩbus suis cõicat corpori aut cõicanti corpori tunc potest accipi sepata ſm intellectũ inꝙ̃tũ agit opatõnem que nõ expletur motu alicuius partis corpis. tñ ſm esse ⁊ veritatẽ nunꝙ̃ erit sepata qꝛ semper exiget corporis coopatõnem.

Queritur Quõ phs ostendit ꝙ quedam passiones sunt cõmunes aĩe ⁊ corpi. Solutio sic qꝛ oĩes fiunt cũ quadã mutatione corpis vel quadam alteratõne cõiter dicta. Quia cũ motu ⁊ alteratõne corpis fiũt desideriũ. mansuetudo. timor. confidentia. gaudiũ. amare ⁊ odire. Quia in oĩbus istis mouetur cor motu diastoles ⁊ sistoles hoc est dilatationis ⁊ constrictionis.

Queritur Quõ hoc oñdit. Solutio hoc oñdit diuersitas hoĩm qui his passionib⁹ mouetur. Quia quidã hoĩes in duris ⁊ manifestis periculis passionũ contingentib⁹ nihil mouentur vel prouocantur ad iram propter firmitatem complexionis ⁊ aliqui eorũ non timent in talibus sicut accidit in his qui habent calida corda. Aliquãdo vero alij a paruis causis ⁊ infimis periculoꝝ mouentur ⁊ prouocantur ad iram quãdo corpus irrascibile ita dispositũ ẽ ac si irascatur sicut ẽ in cholericis calida corda habentib⁹ ⁊ leuẽ sanguinẽ q̃ facile sursũ dirigitur. Ampli⁹ manifestantur hec in his qui fiunt timentes ex sui corpis dispositõnibus qñ nulla causa terroris ẽ in passionib⁹ sicut accidit multis viris qui sicci sunt ⁊ frigidi pauci spirit⁹ et pauci caloris in corde.

Queritur Utrum operatõnes illaꝝ potentiarum que conueniũt anime ſm se conueniant anime sine corpore vel conueniant toti coniuncto. hoc est tm̃ querere vtrum intelligere cõueniat anime ſm se vel sit actus totius coniuncti. Solutio intelligere est actus totius coniuncti. Cuius ratio est quia intelligere est actus quidam. sed actus et operationes sunt suppositorum. Jam totum coniunctum est suppositum et non anima. quia illa est tm̃ pars compositi. ergo etiam intelligere cõuenit toti coniuncto ⁊ non aĩe. imo dicit phs in tractatu sequẽti qui dicit

aiam intelligere dicit eam texere vel edificare. qa scʒ non est suppositū cui⁹ ē operari hoc est sicut aīa ꝑm se ꝛ absolute sine corpe nō texit vel edificat ita. nec exercet actū intelligendi sine corpe. vñ dicit phs ꝙ licet potentia intellectiua ꝯueniat aīe ꝑm se. ipa tñ non pt opari ꝑm se sine corpe. Cui⁹ rō est qꝛ intellectus noster est phantasia vel non est sine phantasia. sed phantasia nō est sine corpe. ergo etiā intellectus nō potest opari vel intelligere sine corpe de hoc dedit phs exemplū de recto ꝛ enea sphera. vt tactū fuit.

Ar Anima intellectiua potest separi a corpe. ergo potest etiā sine corpe intelligere. Solutio aīa intellectiua pt dupliciter considerari. Uno mō inqꝫtū aīa dicta est ab aīando ꝛ sic nō potest intelligere sine corpe quia qui dicūt eam sic intelligere dicūt eam texere vt dictū est. Alio modo ꝯsideraꝛ aīa ꝑm ꝙ intelligentia quedā est. ꝛ sic pt intelligere sine corpe sicut alie intelligentie.

Querit̄ Quō debet hoc intelligi ꝙ intellectus noster est phantasia Solutō ꝙ sic vt sit sensus Intellect⁹ noster nō ē phantasia vt voluerūt antiqui quidā. qꝛ intellect⁹ ꝛ phantasia sunt distincte potentie. sed tñ non est sine phantasia. id est non est sine ministerio phantasie. qa oportet quēcūqꝫ intelligentē phantasmata speculari. vt dicit. phus tercio hui⁹. ꝛ sic est vna disiunctiua que solū verificaꝛ ꝓ altera eius parte. scʒ ꝙ intellectus non est siue phantasia.

Querit̄ Utrū aīa sit sepabilis a corpe vel non. Solutio si capiaꝛ aīa ꝓ vegetatiua ꝛ sensitiua tunc dicitꝛ ꝙ aīa non est sepabilis a corpe ꝓpter nimiā imersionē eius in materia. sed si accipiaꝛ ꝓ aīa intellectiua tunc dicitꝛ ꝙ sit sepabilis a corpe. Cui⁹ rō est. qꝛ aīa rōnalis est forma que pt ꝑ se subsistere. ergo etiā potest a corpe separi. ꝛ etiā nō est ex traduce. sed ab extrinseco increaꝛ.

Ar Anima rōnalis est actus corpis. ergo non potest a corpe separi. Probaꝛ qꝛ actus nō sepaꝛ a sua ꝓpria potentia. Solutio aīa rōnalis habet duplex esse scʒ esse superius ꝑm qđ esse non est actus corporis. et vt sic potest a corpe separi. qꝛ ꝑm hoc esse est quedam intelligentia. Aliđ habet esse inferi⁹ ꝑm qđ informat ꝛ mouet corpus ꝛ hoc esse amittit per separatōnem sui a corpore.

Querit̄ Quō differūt dyalecticus ꝛ physicus in suis definitōnibꝫ. Solutō sic qꝛ dialecticus soluʒ definit ꝑ formā id est ꝑ ꝑ̄ncipa formalia. sed physicus nedū definit ꝑ formā sed etiā ꝑ materiā. Et dat phs exemplū de ira ꝛ de domo. Dialecticus enī definit iram sic. Ira est appetitus vindicte. Sed physicus definit eam sic. Ira est ebullitio sanguinis circa cor in appetitū vindicte. Et dialecticus sic definit domū Domus est coopimentū ꝓhibens corpus nostrū a corruptōne imbrium ꝛ caumatū. Sed physicus definit eam sic Domus est qđ cōpositum ex lignis ꝛ lapidibus defendens nos ab imbribus ꝛ caumatibus.

Ar Dialecticus nō potest definire ꝑ formā tm̄. Probaꝛ quia forma ē tm̄ altera pars cōpositi que nō potest de toto ꝑdicari. Solutio

duplex est forma. scz forma partis que est altera pars ꝯpositi. et ꝑ talē formam nō datur definitio. Alia est forma totius. ꝛ illa predicatur de definito et per illam potest dari definitio.

Ar. Physicus nō definit ꝑ materiam. Probaꝛ. q꞉ materia est principium indiuiduationis ꝛ ꝯtingentie. Solo. materia ꝯsideratur dupl'r. Uno mō ſm potentiā subiectiuā. et sic physicus nō definit per eam Alio modo ꝯsideraꝛ materia ſm pōtentiam formalem formabilem. ꝛ hoc mō physicus definit ꝑ eam. et sic intrat definitiōem physicam. scz ſm ꝙ stat sub esse inchoationis forme

Queriꝛ Que est differentia inter metaphysicū mathematicum physicū ꝛ artificem. Solo ista. q꞉ metaphysicus definit absq̃ materia. q꞉ ꝯsiderat formas ꝑuenientes materiā. mathematicus aūt definit ꝑ materiā imaginariā. q꞉ ille ꝯsiderat formas abstractas a materia sensibili. vt ꝯsiderat rectū quod est in magnitudine. nō aūt definit per materiā sensibilez. et sic ꝯsiderat formas que ſm esse non sunt separabiles a materia. et tñ nō sequūtur corpus physicū ſm ꝙ physicū. Physicus autez et artifex definiūt ꝑ materiā sensibilem ꝛ formā. differenter tamē. q꞉ physicus definit ꝑ materiam ſm ꝙ forma educiꝛ de eius potentia. ꝛ ſm ꝙ forma est inchoata in ea. Sed artifex nō. q꞉ forme artificiales non sunt in materia inchoate. sed pure ab extrinseco in materia introducūtur.

Finitur pmus de Anima

Circa initiū secundi de aīa

☞ Queriꝛ pmo de quo agitur in secūdo libro de aīa. Solutio. de aīa ſm veritatē ꝛ ſm opinionē ꝓpriam. postq̃ in precedenti determinauit de ea ſm opinionem antiquoꝝ. Et sunt quatuor tractatus huius secūdi libri. In pmo agitur de definitōibꝫ anime. In secūdo de potentijs aīe in generali. et potentijs anime vegetatiue in speciali. In tercio de sensibꝫ exterioribꝫ. In quarto de sensibꝫ interioribꝫ ſm illos qui incipiūt. tercīū ibi. De parte aūt anime ſm Albertū vero in vltimo tractatu determinaꝛ solum de vno sensu interiori. scz sensu ꝯmuni.

Queriꝛ Quot sunt definitōnes anime Solo due. Una est materialis ꝛ dicit quid. Alia est formalis ꝛ dicit ꝓpter qd Et pmā definitōem inuestigat ex sex diuisionibꝫ. quaꝝ tres prime se tenent ex parte anime. ꝛ tres alie ex parte corporis. Prima diuisio est. entiuz aliud substantia. aliud accidens. et istam phus explicite non ponit. ex qua colligiꝛ ꝙ anima est substantia Secunda diuisio. Substātiaꝝ alia materia. alia forma seu entelechya. alia totum ꝯpositū Et hec diuisio est analogi in sua analogata. q꞉ per prius dꝛ de subā ꝛ de forma. secūdo de toto ꝯposito. ꝛ vltimo de materia. Ex qua diuisione eliciꝛ ꝙ anima sit forma actus siue entelechia et nō materia neq̃ totū ꝯpositum

Ar Substantia diuidiꝛ in corpoream ꝛ in incorporeā. ergo male dꝛ hic ꝙ diuidiꝛ in materiā. formā. ꝛ totum ꝯpositum. Solo. subā ꝑt

ↄsiderari tripliciter. Uno modo vt est genus generalissimū ⁊ vnū de decem ꝑmis generib᷒. et sic diuidit̄ in corpoream ⁊ in incorporeā. Alio mō ↄsideratur vt dr̄ a substando inq̄ntum scꝫ substat accidentib᷒. et sic diuidit̄ in ꝑmam et secūdam. Tercio mō ↄsideratur substantia pro substantia physica siue ꝑ omni eo quod non est accidens. et sic diuiditur in materiam formam et totum compositum

Querit̄ Quomodo differūt membra istius diuisionis ab inuicem Sol'o sic. q2 forma est entelechia actus ⁊ spēs ꝯm quam aliquid dr̄ esse in actu est hoc aliquid. sed materia ꝑ se non est hoc aliquid. sed solum ens in potentia. sed totum compositum est aliquid ↄstitutū ex materia ⁊ forma.

Ar̄ Materia est de se hoc. ergo materia est de se hoc aliquid ⁊ non solum in potentia Sol'o. materia dr̄ bene de se hoc. q2 est ꝑncipiū incōmunicabilitatis. sed tn̄ non est hoc aliquid. q2 hoc aliquid duo includit. scꝫ materiā. ⁊ naturā ↄmunē in tali materia indiuiduatā. ¶ Tercia diuisio est Actuū alius est ꝑmus. vt scientia. actus enī ꝑmus est ad esse. Alius est secūdus. vt ↄsiderare. actus vero secūdus est ad operari. Et ex ista diuisione habetur q̄ aīa sit actus primus ⁊ nō secūdus

Ar̄ Scientia nō pt̄ dici actus ꝑmus. ergo. Probat̄. q2 nulla forma accidentalis potest dici actus ꝑmus. sed scientia est forma accidentalis. ergo nō potest dici actus ꝑmus. Maior patꝫ. q2 actus ꝑmus dr̄ forma substantialis. Sol'o. aliquid dr̄ actus ꝑmus dupl'r. Uno mō dr̄ ꝑmus ꝑoritate essendi. et hoc mō forma substātialis dicit̄ actus ꝑmus. ⁊ forma accidentalis dr̄ actus secūdus. vt ꝓbat argumentū. Alio modo dr̄ actus primus ꝑoritate. cause formalis. et hoc mō forma aliqua siue substantialis siue accidentalis dr̄ actus ꝑmus. et operatio a tali forma exercita dr̄ actus secūdus. et isto modo scientia dicit̄ actus ꝑmus. et ↄsiderare ꝯm scientiaꝫ dr̄ actus secūdus. Uel dicendū est. q̄ phus nō dicit scientiā actū ꝑmū. sed dicit q̄ habet se in ordine ad ↄsiderare ꝑ modū actus ꝑmi. si vero cōsideret̄ ꝑ cōparationem ad intellectū. sic dr̄ actus secūdus

Ar̄ Scientia est actus secūdus respectu cōsiderare. ergo solutio nulla Probat̄. q2 nemo habet scientiā nisi ꝑmo ↄsiderauerit Sol'o. cōsiderare accipitur dupl'r. Uno mō vt dicit actum imꝑfectum adhuc potentie ꝑmixtum. et sic precedit scientiam vt ꝓbat argumentū. Alio mō vt dicit actum ꝑfectum a scientia elicitū. et sic sequitur scientiā ☞ Quarta diuisio est substantiarū alia corporea alia incorporea. Exemplum ꝑmi. vt homo asinus. Exemplū secūdi. vt angelus. et illam innuit cuꝫ dicit. q̄ substantie maxime vident̄ esse corpora. q̄uis enī substantie incorporee maxime sint sube. tn̄ non sic videtur ad sensum

Querit̄ Quare phus ponit istam diuisionem ⁊ etiā alias sequētes que se tenent ex parte corporis. cū tamen anima non sit corporea Sol'o ideo. q2 licet anima nō sit corporea. est tamen act᷒ corporis. et ergo etiā in ordine ad corpus habet definiri. ☞ Quinta diui/

sio est. Corpoꝝ quedam sunt naturalia. et dicuntur illa que habent intra se pͥncipium sui motus. vt ignis. aer. aqua. et terra. Alia sunt artificialia. ⁊ dicū tur illa que fiunt ab arte et per artem sunt facta. que nō habent intra se sed extra se principiū sui motus. ☞ Sexta diuisio est. Corpoꝝ naturaliū aliud habet vitam sicut corpus humanū. aliud vero non habet vitam. sicut ignis aer aqua terra. Unde illud corpus dicitur habere vitam qd̄ habet intra se pͥncipium augmentationis. diminutionis. ⁊ generationis. et illud dr̄ nō habere vitam quod nō habet hm̄oi principia intra se. Et nota ꝙ venerabilis dn̄s Albertus ponit solum qn̄qꝫ diuisiones et omittit primam. qꝛ nemo dicit animam esse accidens.

Queritur. Quomodo phūs probat ꝙ anima sit actus. Solō sic. quia anima est substantia et nō est materia vel totū ꝯpositū. ergo est actus. Qꝫ non est materia siue corpus patet. qꝛ corpus est habens vitam per animā. ergo nō est ipsa anima corpus. Non etiā est totū ꝯpositum. qꝛ ipsa naturaliter est pars. ergo relinquitur ꝙ anima est substantia sicut spēs corpis physici vitā hn̄tis. talis aūt sub̄a est actus corpis.

Queritur. Qualis actus est anima Solō. est actus talis quo potest animatū agere actiones vite. et dicitur talis dupliciter. Unus est primus. sicut scientia quiescens in anima scientis. Alius est secūdus qui est sicut ꝯsiderare. manifestū autē est ꝙ anima est actus primus sicut sciētia ⁊ sicut somnus. quia vigilia que est expansio quedā anime in exteriora opera sensuū assimilatur ei quod est ꝯsiderare. sicut somnus ipsi habere ⁊ non operari. Concludit̄ ergo ex predictis definitio dicens quid ipsa aīe ꝙ ipsa est actus corporis physici vitā habentis in potentia.

Queritur. Cuius corporis physici anima est actus Solutio est actꝰ corporis organici Et hoc probat per locum a minori dicens, si illud quod minus videtur inesse inest. et illud quod magis videtur inesse inerit. sed minus videtur ꝙ in animatis anima vegetatiua. id est in plantis sit corpus organicum in quibꝫ tamē est. ergo a maiori debet esse in animatis alijs. puta animalibꝫ. homine. et equo. Minor patet. quia plantarum partes sunt organa specialia officia vite habentia. quia folia sunt ad cooperiendum fructus. cortex ad cooperiendum semen ⁊ humiditatem fructus vt ad maturitatem ⁊ digestionem que pepansis dicitur perueniat. Radices vero habet ori similes quo ad officium. quia sicut oris officium in animalibꝫ est nutrimentum trahere. ita etiam radicis in plantis. Medullam aūt habet loco cordis. Ex his igit̄ patꝫ ꝙ ꝯpleta definitio dicens quid ipsius aīe est ista. Est actus corporis organici physici vitā hn̄tis in potētia.

Queritur. Quale corpus dicitur organicum Solutio. quod est ex organis figura et situ differentibus compositum. vocantur autem organa membra officialia quibus operationes vite ab anima excercētur. sicut sunt caput pedes manus. que sic distinguūtur vt notū est. qꝛ caput est sursum. pedes deorsum. ⁊ alia est figura capitis alia pedis

Ar Anima celi est vera anima. q2 nobilissima. et tñ non est actus corporis organici physici. Probat. q2 corpus organicum dicit quod est distinctū in suis membris 7 partib9. et corpus physicum dr corpus naturale. sed hec nō conueniūt anime celi. Solo. anima celi dr anima nobilis et nō ē in corpore per informatōem. sed solum p assistentiā. sicut nauta dr esse in naui. sic aūt nō est de aīa ignobili. sc3 de anima nostra

Ar Anima nō est actus corporis. ergo definitio falsa. Probat de aīa intellectiua que est anima. et tamen nō est actus corporis. q2 intellectus nullius corporis est actus. vt dicit phus. ergo nec anima intellectiua. Solo. aīa intellectiua potest dupl'r capi. Uno modo vt anima ab animādo dicta est. et sic est actus corporis. Alio modo cōsideratur anima vt intelligentia quedā est. 7 sic nō est ꝓprie actus corporis. sed euolat extra corpus ꝑm esse suū superius. queadmodu3 flāma candele euolat in aere ꝑm superiorē eius partem. Uel dicendū est ꝙ anima intellectiua est actus corporis. et tñ intellectus nullius corporis est actus. i. nullius organi corpalis

Ar Anima est actus corporis vitam habentis in actu. ergo male dr vitam habentis in potentia. quia anima existente in corpore corp9 est actu vnū Solo. duplex est vita. sc3 vita pma et vita secūda. Jam anima nō est actus corporis vitam habentis in potentia. vitam dico primam sed quando habet vitam primā tūc est in potentia ad exercendu3 vitam secūdam. sc3 vitales operationes

Queritur Quō debet hoc intelligi quod dicit phus. Nō opter querere vtrū anima 7 corpus sint vnū Solo. hoc dictum potest dupl'r exponi. Uno modo sic. Nō oportz querere si aīa 7 corpus sint vnum. id est non oportet querere vtrū nō distinguūtur. quia cū anima se habeat vt actus. 7 corpus vt potentia maxime distinguūtur. q2 vt dicit phus in pmo huius. actus et potentia nō paru3 differūt et in omib9 forma distinguitur a materia. Et hoc ostendit in artificialib9. in quib9 forma est vicinior materie ꝙ in naturalib9. ibi em nō querimus si figura est eadem cum sera in sigillo. neq3 vniuersaliter vnq3 dubitamus si est idem actus cum eo cui9 est actus. et hec est expositio dñi Alberti. Alio modo potest sic exponi Nō oprz querere vtrū anima et corpus sint vnum. id est non oportz querere vtrum ex his fit vnum. quia manifestum est ꝙ ex eis constituitur aliqd vnū terciū sc3 totum compositum.

Queritur Quot rationib9 probat phus ꝙ anima sit actus corporis Solo trib9. Prima illud est forma alicuius quod dat illi nomen et rationem. sed anima dat corpori nomen et rationem. ita ꝙ corpus non est corpus sine anima. ergo anima est forma corporis. Secūda ratio est. illud est forma alterius quo ablato alterum non manet nisi equiuoce. sed ablata anima a corpore corpus non manet corpus nisi equiuoce. ergo anima est forma corporis. Minor patet a simili in artificialib9 de dolabra. q2 ablata forma dolabre non manet dolabra nisi equiuoce. Tercia rō est quia sicut se habet partes anime ad partes corporis. ita se habet tota aīa ad

totum corpus. sed partes anime sunt forme partiū corporis. ergo tota anima est forma totius corporis. Minor ꝓbatur quia si oculus esset animal visus esset anima eius. Et si auris esset animal auditus esset anima eius et sic de alijs. ergo tota anima est actus totius corporis.

Queritur Quomodo phus ostendit ꝙ anima est actus corporis vitam habentis in potentia. Solutio sic quia non est actus corporis habentis vitam in potentia sicut semen dicitur viuū in potentia. vel fructus eo ꝙ semen ⁊ fructus plantarum non sunt corpora organica nisi in potentia incompleta in quibus non est anima nisi sicut artifex in artificiato sed est ipa actus corpis existentis in potentia ad vitam secundā que est in operibus animati viui nutriendo ⁊ sentiendo ⁊ mouendo de loco ad locum que sunt in animali sicut vigilantia.

Queritur Quomodo docet phus inuestigare secūdā definitōnem ipsius anime. Solutio illam docet inuestigare a posteriori ex effectibus eius ⁊ ex nobis magis notis ⁊ nature magis incognitis et ergo dicit sic. Qm̄ ex incertis ſm naturam. nobis tamen certis sepe fit nobis notum quod ſm naturam certum est. ⁊ maxime in physica. oportz nos iterum tentare de anima ⁊ inuenire aliam definitōnem quā volumus ex effectibus inuestigare. quia ipa anima latet nos ſm sensum.

Queritur Quomodo probat phus ꝙ necessariū sit aliam definitōnē de aīa inuestigare Solutio sic. qz dicit ꝙ nō sufficit in physica solum definire formali definitōne dicente quid tm̄. sed oportet etiam definire definitōne dicente ꝓpter quid passiones insunt subiecto. sed prima anime definitio dicit solum quid. ergo oportet aliam definitōnē inuestigare dicentē ꝓpter quid que sit medium demonstrandi primā definitōnem de anima. Et ꝓbat hoc etiam a simili. quia sicut ē in figuris ita etiā erit de anima. sed de figuris non sufficit dare vnam definitōnem. sed oportet dare duas. ergo etiam sic erit de anima. Minor patz quia in figuris nō sufficit dare vnam definitōnem generalem. sed oportet dare specialem q̄ conueniat cuilibet speciei vt patet de definitōnibus tetragonismi.


Queritur Quot sunt definitōnes tetragonismi Solutio due prima est Tetragonismus est orthogoniū equilaterale equale quadrangulo altera parte longiori. Secunda definitio est Tetragonismus est medie rei inuentio. id est inuentio ꝓportōnis quantitatuz ex quibus fit tetragonismus ⁊ altera parte longius quadrangulū tunc enim dicitur causa q̄re inest eis talis passio ꝙ ē equalis quadrato altera parte longiori ⁊ sic erit etiam in definitōnibus anime.

Queritur Quomodo ostenditur ꝙ secunda definitio tetragonismi ꝓ mā demonstrat. Solutio sic. quia ista definitio Tetragonismus est orthogoniū equilaterale equale quadrangulo altera parte longiori nō dicit nisi q̄d est tetragonismus sed nō dicit ꝓpter quā causaz est orthogonium equilaterale equale quadrangulo. ⁊ ergo secunda definitio que est medie rei inuentio subiungitur que dicit illius causaz. Et istud

Querit̃ Utrum echo semper fit. Solutio p̄hi semper videtur fieri licet nō sit semper manifestus. Quia non est manifestus nisi quando reflectitur idem aer primo percussus ab aliquo solido obuiante aliquantulū etiam concauo. Q3 autem semper fiat reflexio illa probat p̄hus sic. Quia accipit in sono sicut in lumine. fit enim semper luminis reflexio. Cuius signum est. quia si non fieret reflexio luminis. tūc cum radius intrat per fenestram in domū non videremus neq3 illuminaretur aer sub pariete vbi non incidit radius. Sed tamen reflexio que fit ab aere non est manifesta que autem fit a solido plano est manifesta. Et ideo quando quis latitudinem manus ponit in radio multo plus reflectitur lumen q̄3 prius. si vero ponatur corpus politum tūc reflectitur per irradiationem splendoris. Et ex isto patet ꝙ ab aqua licet puia multomagis reflectitur lumen q̄3 ab aere nec tantum ab aere sicut ab aliquo alio corpore leui quod obiectum lumini tenebrā facere potest.

Querit̃ Quis est modus generatōnis soni echo siue reflexi. Solutio Alberti sicut cū lapis proiectus est in aquā circa lapidem tanq̄3 centrum generantur circuli ⁊ dilatantur plus ⁊ plus distantes q̄diu durat impetus lapidis. qui p̄mo percussit aquam. ⁊ si fuerit prohibens generatōnē circuloꝝ redit circulatio versus centrum vbi cecidit lapis. sic in simili generatur sonus in aere. Quia primū sonans est sicut locus centri. ⁊ inundat sonus super circulos aeris. ⁊ si sit paries solidus concauus aliquantulum obuians circulatiōibus simul reflectitur ad primū sonans ipse sonus. ⁊ talis vocatur echo.

Querit^r Utrũ in echo fit reflexio eiusdem soni. ꝛ aeris ꝓmo percussi. Solo est idem sonus in specie. sed non in numero. Quia sequens sonus reflexus habet formã ꝓme percussionis non autẽ eandem materiã numero puto eundem aerem.

Ar Contra in echo audit^r eadem vox sub eisdem accñtib^z reflecti. g̃ videtur idem sonus numero. Solo est idem sensus formaliter. q2 sub eisdem accñtib^z reflectit^r. ꝛ si sit significatiuus idem h3 significatũ. sed tñ est alius ꝛ alius materialiter. Cum igit^r Auicẽna dicit eundem sonũ reflecti ipe attendit soni originem in forma ꝛ in materia. quia sonus echo reflectit^r ꝫm formam primi sonantis.

Querit^r Utrũ sonus echo semper fit. Solutõ vt dicit phs in textu. non tamen semper ꝑcipitur. ꝛ hoc ꝑpter duas causas. Una est debilitas reflectentis. Alia est ꝓpinquitas eiusdem ad aures audientis.

Ar Reflectio est quedã percussio. sed percussio non fit nisi a solido plano. sonus vero multotiens generatur in aere libero vbi nullum est repercutiens. Solo Alberti in libero aere est etiã repercutiens siue resistens percutienti. ꝛ hoc est quelibet pars violenter percussa. eo ꝙ quelibet aliq̃tulũ resistit licet vincat^r a violentia. ꝛ sic nõ est adeo manifestus echo in aere libero sicut in montibus ꝛ siluis. In talib^z em̃ est manifestus. q2 in siluis arbores impediũt diffusionem aeris primo percussi. ꝛ montes qui sunt alti etiã fortiter aerem repercutiunt.

Querit^r Quod est organũ auditus. Solo est aliq̃d ↄnaturale aeri eo ꝙ aer quidã naturaliter cõplãtatus est auri. Et hoc phs sic ꝓbat. Quia sicut se habet humidũ pupille in visu. ita se h3 aer connaturalis in auditu. sed humidũ pupille est organũ visus. g̃ aer cõnaturalis est organũ auditus. Maior est manifesta. Quia vbi est humidũ pupille. ibi est visio. ꝛ vbi est aer cõnaturalis ibi est auditus. ꝛ ꝓpter hoc anĩal nõ ꝫm totũ corpus audit. sed in aure vbi est aer cõnaturalis qui est continuus exteriori aeri. ꝛ ideo moto exteriori aere mouet interiorẽ ꝛ ille consequenter mouet neruũ auditiuũ. Est em̃ in aure meringa ꝛ aer. ꝛ sic aer cu3 meringa est organũ auditus.

Querit^r Que est cõditio illius aeris cõnaturalis. Solo phi debet esse insonabilis id est nullũ omnino hñs sonum vt omnes differentias soni possit percipe. Aer vero exterior est in quo son^9 est sicut in ꝓprio subiecto. ꝛ qñ ille ꝓhibet^r diuidi vehementia ipius percutientis tunc manet vnus ꝛ continuus ꝛ tunc motus talis est vera causa soni. Aer vero qui est in aurib^z aĩaliũ edificatus est a natura que fecit latera auris tortuosa. vt sic sit imobilis vt certe ꝑcipiat differentias soni qd̃ esse non posset si aer qui est in aurib^z esset motus vehementer. ex quo tunc solum ꝑciperent^r cõfuse motus exteriores. Et hec est causa vt inquit phs quare aliquis mergens caput sub aqua audit sonos qui fiunt super aquam q̃diu manet ei auris plena aere. q2 tũc soni intentio ꝑ aquã delata venit ad aerẽ

qui est in aure. et tūc ꝑcutit tympanū auris quod vocat neru⁹ auditiuus et fit auditus. si vero totus aer euolaret de aere ⁊ a qua in eius locum subin traret. quod nō fit faciliter ꝓpter tortuositatem auris. tūc non fieret aliquo mō auditus q̄ diu hoc duraret. Et ex illo p3 q aer est ꝓmū subiectū generationis soni. Et simile est de visu ⁊ auditu. sicut eni laborāte pupilla oculi ꝑ hoc q tegit alba pupilla nō fit visio. sic etiā si timeringa laboret. id est infirmetur. nō fit auditio.

Querit Quō ꝓbat p̄hus a signo q predicto modo audimus Solo phi est. q2 aer qui est in aure semꝑ actu sonat. sicut pat3 si quis cornu applicat ad aurem audit aerem trepidantē in aure. eo q calor auris tūc mouet eu3 ⁊ tūc ꝑcutit latera auris. sed iste motus tamen nō est tantus q impediat alios motus exterioris aeris. Semꝑ eni aer mouetur quodam ꝓprio motu in aurib3. sed tn̄ sonus nō est ex motu ꝓprio. s3 alieno. et ergo dixerūt antiqui q auditus fit in vacuo exteriori. id est aere libero a sono ⁊ in sonanti interius. q2 audimus in aere semꝑ in aurib3 tremēte

Querit Que est dubitatio quā mouet p̄hus Solo hec. vtꝝ id quod ꝑcutit sonat. uel id quod ꝑcutit aut vtrūq3. Solutio vtrūq3. sed differenter. q2 verberans facit sonū. sicut qd mouet aerem ad verberatū siue ꝑcussum. Percussum vero facit eum tanq̄ expellens eundem resistendo motioni ꝑcutientis. Et rō huius est. q2 sonus est mot⁹ corporis possibilis moueri tali modo. sc3 quo a superficieb3 leuib3 aer mouet. cū aliquis ipsa ꝑcusserit. Et ergo supra dictū est q non omne illud qd verberat sonat. q2 si pūctum alicuius pūcto alterius acus obijciat nō generat sonus. eo q opor3 superficiem corporis percussi esse plana3 et solidam. vt aer subito dissiliat siue resiliat

Querit Que sunt differentie soni. Solo phi. acutū ⁊ graue Et sequūtur he differentie corpora sonātia. nō tn̄ sumūtur nisi in sono ꝑm actum. sicut eni colores nō vident sine lumine. ita acutū et graue nō ꝑcipiūtur sine sono facto ꝑm actum

Querit Utrū acutū et graue ꝓprie attribuūtur sono Solu⁹ nō. sed metaphorice. transsumptio aūt fit ab acuto ⁊ graui in angulis tangibilib3. ibi eni dr̄ acutū qd mouet sensum multū penetrando in pauco tp̄e. Graue vero qd mouet sensum parū penetrando in multo tp̄e. Et tn̄ nō ꝓprie dr̄ velox acutū ⁊ graue siue hebes tardū. q2 he sunt ꝓprietates motu. sed acutū ⁊ graue nō sunt motus. sed attribuit acuto velox ꝓpter velocitatem motus qui est in penetrando id quod tangit. et graui attribuitur tardū ꝓpter tarditatem motus qui est in penetrando in tactu. et quo ad hoc graue ⁊ acutū habent silitudinē cum acuto ⁊ graui in angulis tangibilib3. Acutus ergo sonus dr̄ qui pūgit quasi multū velociter penetrādo auditum. Grauis vero est sonus qui est in multo aere lente pulso ⁊ ideo non ledit auditum.

Querit Que est spēs soni. Solo vox. q2 omis sonus est vox sed nō omis vox est sonus. q2 vox vt dicit p̄hus est solū

animati anima sensibili. inanimata em̄ nullā faciūt vocē nisi equiuoce ꝛ ꝑ similitudinem.

Queritur Q̄uo ostendit phs ꝙ inaīata non faciūt vocē Solo sic. qꝛ ad vocem tria requirūtur ꝛ ꝯcurrūt. scꝫ extensio sine ꝯtinuitas. melos siue ꝯsonātia. in acuto ꝛ graui. longo ꝛ breui. et loquutio hoc est discretio. sed ista tria nō inueniūtur in sonis inaīatoꝝ nisi ꝑ similitudinē. inq̄ntum ꝓportio sonoꝝ in eis formatur ab aliquo aīato ꝑ imitationem. sicut fit in lira et tibia. ꝛ alijs

Queritur Utrū om̄ia aīata anima sensibili faciūt vocē. Solo phi. nō. quia illa aīalia que sunt sine sanguine sicut cancri ostree testudines. vocē nō faciūt. Nec tn̄ om̄ia sanguinē habentia vocē faciunt: sed solum illa que habent calidū sanguinē. et non solū p̄dicta carent voce. sed ꝛ sono. qꝛ sonus causatur ex motu aeris. aer vero solū reperitur in respirantibꝫ. sanguinē aūt nō habentia sicut pisces nō respirant. et ideo rationabile est ea non sonare

Ar Nos audimus pisces qn̄qꝫ sonare in sꝑficie aque. ergo falsum est ꝙ nō sonāt Un̄ in fluuio qui dr̄ acheolus dicūtur sonare Solo licet sonāt hoc tamē non est in aere respirato. sed potius in aere exteriori qm̄ branchijs suis in sꝑficie fluminis ꝑcutiūt aerem. Et quedā aīalia sicut grilli ꝛ cicade faciūt sonū. ex hoc ꝙ sonus fit circa diaphragma eoꝝ. et sic nō fit ꝑ respiratōem. qꝛ si hoc mō fieret tūc emitteretur ꝑ caput ꝛ os. nūc exptuꝫ est vt inquit Albertus ꝙ galli cantant ꝑ magnuꝫ tēpus amputatis capitibꝫ. et non cantant in partibꝫ vbi est caput.

Queritur Quid est vox. Solo. ē reꝑcussio aeris inspirati ad vocalem arteriā cum imagine ꝑcandi. Et hoc ꝓbat phs. qꝛ vox nō fit in qualibet parte aīalis. sed in ea solum que verberat aereꝫ ad aliquid. et in aliquo. et ergo necesse est ꝯcurrere pulmonē. qui exsufflet aerē instar follis ꝛ camina siue trachena arteriā duraꝫ ad cuius angulos ꝛ nodos ꝑcutiatur aer. requiritur etiā lingua que figuret ꝛ verberet aerem. Et qꝛ necesse ē hm̄oi verberatōem in aere fieri. ideo illa solū vocant que hm̄oi aerem attingūt. et sic idē est organū vocis ꝛ respirationis.

Queritur Ad quot opa natura vtitur respiratōe Solo. ad duo quoꝝ vnū est ad esse ꝛ alterū ad bene esse. Ad esse quidaꝫ qꝛ cor in om̄ibꝫ aīalibꝫ habentibꝫ calidū sanguinē indiget euentatiōe. ꝛ sic respiratione natura vtitur ad mitigandū calorem cordis ꝛ sine hoc aīal nullo modo posset saluari. Ad bene esse vtitur natura respiratione ad formatōeꝫ vocis. in aīalibꝫ vocantibꝫ sine voce vero p̄t animal saluari. Et huius sile habemus de lingua que ē necc̄aria ad gustū sine quo aīal saluari nō p̄t. Et est ad bene esse scꝫ ꝓpter interp̄tationē que nō p̄t fieri sine lingna

¶ Queritur. vtrū om̄is sonus aīalis sit vox. Solo phi. nō. quia vox est sonus aliquid ꝑcans fit em̄ cum imagine ꝑcandi. sed ꝯtingit qn̄qꝫ linguā sonare aliquo sono quem nō format imaginatio. sicut p ꝫ de tussientibꝫ. quorum sonus non est vox

Querit̃ Quō ꝓbat pħus ꝙ vox p̄dicto mō formatur. Solō duob⁊ signis. Primū signū est. q̄ illo qui expirat vel inspirat in respirando. nō p̄t formare voces. sed potius necc̄arium est eū tenere aerem quem inspirauit vt in eo vocē formet. Q̄ aūt hoc sit sic ꝓbatur. q̄ diu loquentes dū respirant interrumpūt voces. et sic tenentes aerē mouēt ip̄m ad formatōem vocis ꝑ organa loquutionis. ¶ Secūdum signum est. q̄ pisces nō formant voces. et hoc est ex eo. q̄ pisces nō respirant nec tenent aerem aliquādiu. Et hoc ꝓbatur. q̄ nō habent guttur de cuius cōpositione est trachea arteria siue canna radicata in pulmone. Canna eīn est de ꝯpositione gutturis. et per illā attrahit̃ aer ad refrigeriū cordis. Locus eīn vt inquit pħus qui p̄mo indiget refrigeratiōe in aīali est circa cor. et sic ingredit̃ per cannā aer refrigerans. In piscib⁊ ꝟo nō est sic. q̄ nō respirāt. ſ⁊ qui dicūt eos respirare peccant. cuius causa dicet̃ in libro de aīalib⁊.

Querit̃ Utrū p̄dicta definitio vocis sit ꝯueniēs et bona. Solō sic. q̄ dat̃ ꝑ quatuor causas. q̄ repercussio est causa formalis vocis si saltē capiatur formaliter. Cum ꝟo dr̄ aeris inspirati tangit̃ causa materialis siue subiectū quod est aer inspiratus. Cū vero dr̄ ab aīa tangitur causa efficiens remota. Et cū subdit̃ ad vocalem arteriā tangit̃ causa effectiua ꝓxima. Causa finalis tangit̃ cū dr̄ cu⁊ imagine ſcandi. quia ad hoc inuenta est vox vt sit signum.

Ar̃ Repercussio est actio. vox nō est actio. ergo non est repercussio. Solutio. repercussio potest accipi tripliciter. Uno modo actiue. ⁊ si sic capiatur in definitione tūc est causalis definitio. quia sonus ex repercussiōe causat̃. Alio modo capitur passiue. ⁊ tūc est passio ipsius aeris ꝑcussi. Tertio capit̃ neutraliter vt p̄scindit ab actione ⁊ passione. ⁊ si sic capiat̃ in definitione. tūc definitio est formalis ⁊ ponit̃ loco generis definiti

Querit̃ Utrum solus homo vocat. Solō alberti in libro de homine ꝙ non. sed omnia illa que per pulmonem attrahunt aerem ⁊ habent arteriam vocatiuam ⁊ imaginatiōem etiā vocant. verum tamen est. quia imaginatio in brutis non dominatur instinctu nature. ideo si loquamur de signo perfecto quod est signum ꝯceptus mētis ad placitum ipsius instituentis. tunc solus homo qui h⁊ dominiū suoꝝ operu⁊ dr̄ formare vocem. ⁊ illa vox dr̄ vox ſcatiua ad placitū

¶ Capitulū Quartum

Querit̃ De quo determinat̃ in capitulo quarto Solō. de olfactu ⁊ eius obiecto quod est odor. Et dicit ꝙ minus bene determinabile est de odore ⁊ olfactu. Et rō est p̄mo de odore. q̄ nō ē manifestū homini ꝑ sensum quid est odor. sicut cuilibet manifestū est quid sit sonus vel color. Et ratio huius est. quia homo habet olfactum quo discernere deberet odores prauū et ceteris animalibus peiorem. praue eīn odorat. Et signū hui⁹ est. q̄ differētias odoris q̄s nō refert ad sapores nō discernit.

ſubtiliter in odore. ſed tm̄ ꝑcipit excellentias odoꝝ. ſicut odorē redolentem vel fetentem cū letitia vel triſticia. Et huius ſilr̄ eſt ſm̄ ph̄m. q2 ſicut q̄daꝫ ſunt aīalia praue videntia. ſicut aīalia aquatica. vt piſces duros oculos ha bentes nō diſcernētes drn̄as medioꝝ coloꝝ. ſed tm̄ excellentias q̄ ſunt cuꝫ terrore vel ſine terrore. ita etiam de olfactu in hoīe. q2 non manifeſte ſunt ho mini differentie medie odoꝝ

Queritur Quare homo hꝫ prauū olfactū Solo alberti. quia hō inter cetera aīalia maius hꝫ cerebrū ꝛ maius caput in ꝓportione ſui corporis. cerebrū aūt eſt humidū ꝛ frigidū. id aūt quod eſt cō naturale odori debet eſſe ſiccū ꝛ calidum. Q2 aūt cerebrum ſit frigidū ꝛ hu midum reſpectu aliorum animaliū indicat longitudo dormitiōis hominis diutius eīn dormit homo ceteris animalibꝫ. ꝓpter qđ dicit phus in ethicis ꝙ per dimidiū vite non differūt felices ab infelicibꝫ. q2 in ſomno non eſt hō felix. q2 felicitas operatio eſt. in ſomno homo nō operatur. Et ſic nō ꝑ acci dens ꝓpter defluentia rheumata homo praue odorat. ſed ex ipſa cerebri q̄li tate ꝛ ꝯplexione. Et ergo aīalia ſicca habentia cerebra ſicut canes qui bre uiores hn̄t naſos ꝛ vultures ꝛ tigrides bn̄ odorant.

Queritur Quō ꝓbatur a ſigno ꝙ hō hꝫ prauū olfactuꝫ. Solo ſic. quia cum ſenſibilia omniū ſenſuū reponūtur in imagi natione ꝛ phantaſia ſpēs odoris debilius imprimūtur in organo phanta ſie humane. Cuius eſt duplex ſignū. Primū q2 homo rariſſime ſomniat de odoribꝫ. et quādo ſomniat ſe eſſe in locis fetidis non multum ꝑturbatur. eo ꝙ illud phantaſma debilem motū relinquit in eo. Secundum ſignū eſt. q2 cū phantaſmatis ſit mouere intellectū poſſibilem ad diſcernendū rerū natu ras iſtud phantaſma debiliter mouet intellectū. Et ergo dicit Auicenna li cet homo ſit maioris ingenij q̄ꝫ alia aīalia in eliciendo odores ꝑ ꝯfricatiōeꝫ ſubtiliatōem et diſtinctōem odoꝝ. minus tn̄ afficitur ab eis ꝛ debilius im primūtur in organo olfactus humani. et ergo denoīamus eos nominibꝫ ex cellentiaꝝ. ſicut redolentis ꝛ fetentis

Queritur Quare natura nō poſuit organū olfactus in alio loco ſi homo habet peiorē olfactū alijs animalibꝫ ꝓpter frigidi tatem ꝛ humiditatem cerebri. Solo. nō potuit poni in alio loco ꝓpter ſa lutem animalis. q2 ex quo ipſum cerebꝝ eſt frigidum ꝛ humidū. ergo orga nū olfactus eſt in ꝯtactu cerebri vt ꝑ odores frigiditas eius tēperet. et ḡ dr̄ phs in libro de ſenſu ꝛ ſenſato ꝙ odores ꝑ ſe ſiue nō nutrimētales ꝯferunt ad ſanitatē cerebri. licet ꝑ accn̄s quādoqꝫ impediant. Etiā oportꝫ ipm̄ ibi ſituari ꝓpter ſenſum in ſe quē oportꝫ recipe influentiā a ſenſu ꝯmuni qui hꝫ ſedē ſuā in anteriori parte capitis

Queritur Utrū animalia habentia duros oculos male vidēt ſi cut dicit phus in textu. cum tamen durū dicit naturaleꝫ potentiā Solo. ſic. q2 viſus eſt potentia paſſiua. ſed ꝑ duruꝫ reſiſtit ſuis ꝑfectiuis. et ergo q̄uis durū ſit naturalis potentia in alijs. eſt tn̄ in paſſiua potentia naturalis impotētia. q2 facile pati a ſuis ꝑfectiuis eſt ꝑfectio q̄daꝫ

Querit Utrum homo sentit odores cum nō sint sibi manifesti. Solō adiutus ingenio potius q̄ per olfactū ſm analogiam ad sapores qui sunt obiectū gustus eos sentit per similitudinē ad species saporis. Et rō hui⁹ est. q̄a habemus gustū qui habet pcipe sapores certissimū ex quo gustus est quidā tactus. tactū aūt homo hꝫ certissimum inter omnes sensus ꝛ oīa aīalia. vñ in alijs sensibꝫ multū deficit a multis alijs aīalibꝫ ſm tactū vero multum differt in bonitate ab alijs aīalibus et ergo homo est oīm aīaliū prudentissimū.

Querit Quō phs ꝓbat hoc a signo. Solō. q̄a hoīes ingeniosos a non ingeniosis per tactū discernim⁹. ꝛ nō ſm alios sensus. Molles eñ carne aptos mente dicimus. q̄a sunt optimi tact⁹. Duros vero. ineptos quia sunt mali tactus.

Querit An cōuenienter ex bonitate tactus iudicat̄ bonitas intellectus. Solutio Alberti sic. qꝛ cōplexio hoīs causatur ex cōmixtione ꝑmaꝝ qualitatū ꝛ q̄nto illa cōplexio recedit magis ab excellentijs ꝯtrarietatū tanto est equalitati ꝛ medietati vicinioꝛ. ꝛ ꝑ ꝯn̄s celo in quo nulla est cōtrarietas oīno vicinioꝛ. ꝛ quia forme dantur ſm merita materie ꝛ vnicuiqꝫ cōplexioni corrn̄det ꝓpria forma ideo equaliori cōplexioni debetur nobilioꝛ forma. ꝛ illa est aīa intellectiua. Signū aūt bonitatis cōplexionis est tenuitas vnguiū. subtilitas piloꝝ. eo q̄ p̄dicta iudicant lucidos spūs cordis. qui a corde ad cerebrū venientes optime deseruiunt virtutibꝫ aīalibꝫ. ꝛ ergo homo sic dispositus ingeniosus est.

Ar Ex bonitate visus debet iudicari bonitas ingenij. ḡ nō ex bonitate tactus. Añs patꝫ. qꝛ visus multas reꝝ dr̄as nobis oñdit et est sensus discipline. Solutio. licet ex bonitate visus homo iudicat̄ bñ dispositus ſm quid tñ ex bonitate tactus iudicat̄ bene dispositus simpliciter Quia ex bonitate tactus sequit̄ bonitas oīm sensuū eo q̄ ip̄e oīm alioꝝ sensuū est naturale fundamentū. Nec sequit̄ visum esse ꝑfectioꝛē ꝛ certioꝛē quia corrigit tactū vt patet in tactu qui fit digitis cancellatis qꝛ tact⁹ qn̄qꝫ etiam corrigit visum vt cuilibet manifestum est.

Ar Aranea p̄cellit nos tactu. Añs patte per illud hemitisci precellit aranea tactu. Solutio. falsum est hoc hemisticiū. Quia vt inq̄t Albertus aranea est spisse pellis ꝛ frigide cōplexionis ꝛ viscosam hn̄s humiditatē. ergo non p̄cellit in tactu. sed hꝫ tactū quasi stupidū. Cui⁹ signū est. qꝛ cū tangit̄ etiā igne lente ꝛ nō cito sentit. ꝛ ideo ꝑceptio vermiculoꝝ tangentiā rethe est ꝓpter motū rethis cōtinui cū corpe suo. mota aūt vna parte continui mouet̄ totum.

Querit Que sunt species odoris. Solutō phi sunt eedem fere cum speciebꝫ saporis. Quia sicut saporum alius est dulcis alius amarus. ita etiam odorum alius est dulcis alius amarus. ꝛ plerumqꝫ a dulci sapore resoluit̄ dulcis odoꝛ. ꝛ e regione ab amaro sapore amarus odoꝛ. sic q̄ quedā ꝓportōnabiliter hn̄t odores ꝛ sapores. Quedā vero nō sed ꝯtrarie hn̄t odores ꝛ sapores. Odores vero medij sunt acer acut⁹

austerus pinguis qui noĩa acceperũt a saporib⁊.eo ꝙ non multũ manifesti sũt i ꝓprio gñe ipi odores. Dulcꝫ odor resoluit a melle ⁊ croco. Acer ab herba q̃ dr thim⁹ ⁊ ẽ fere silis sapori ⁊ odori serpilli.qđ ligua vulgari dr caruel

Queritur Quõ sumitur numerus istaꝝ specieꝝ odoꝝ ⁊ quõ generant. Solutio generant in materia cõplexionali saporum ex causis que sunt calidũ frigidũ humidũ ⁊ siccũ. Calidũ duplex ẽ scꝫ temꝑatũ ⁊ intemꝑatũ. Calidũ tꝑatũ in materia humida subtili terreo cõmixta causat saporẽ dulcẽ. In humido aũt scõ mixto cũ supnatante aereo causat saporẽ pinguẽ.cui⁹ signũ est ꝙ pinguia non sunt alijs bene cõmiscibilia.sed supernatant. In sicco vero vergente ad maturitatẽ ꝑ aliqualẽ digestionẽ humidi causat ponticũ.⁊ in sicco ab humido destituto ꝑ terreum dominans causat stipticũ. Calidũ vero intꝑatũ in materia dñante in siccitate causat amarũ. In sicco vero aquositati cõmixto salsum. A frigido ꝓo intꝑato ꝓpter eius mortalem ꝓprietatẽ nullus sapor gignit. A frigido ꝓo cõplexionali terminato in materia grossa generatur sapor austerus. In materia vero subtili ⁊ humida acetosus.⁊ in materia mediocri acer. Et sic ptꝫ ꝙ sunt nouẽ species saporum licꝫ phs non nomiet omnes.⁊ sicut nũc dictũ est de specieb⁊ saporis ita dicendũ est de specieb⁊ odoris. sicut istud diffusius patebit in libro de sensu ⁊ sensato.

Queritur Quod est obiectũ olfactus. Solutio odor.q̃a ille est imutatiuus ipius potentie olfactiue vt dr i alijs libris.

Arguitur Olfactus est non odorabilis.g̃ odorabile siue odor nõ est obiectũ olfactus. Añs patꝫ ꝑ phm in textu Solutõ licet olfactus sit nõ odorabilis priuatiue.est tamen odorabilis siue odoris positiue. Quelibet eñ potentia est habitus ⁊ priuationis.⁊ ergo auditus est audibilis ⁊ non audibilis puta soni ⁊ silentij.⁊ visus visibilis ⁊ non visibilis puta coloris et tenebrarũ.ita etiam olfactus est odorabilis ⁊ non odorabilis.

Queritur Quotupliciter dr nõ odorabile. Solõ tripl'r. Primo dicit nõ ordorabile qđ est impossibile habere odorẽ sicut simplicia corꝑa. Secũdo dr nõ odorabile qđ paruũ hꝫ odorẽ vix ꝑceptibilẽ per bonũ olfactũ. Tercio dicit nõ odorabile q̃ habet odorẽ prauũ aut quia fetidũ est vel corrũpens odorantem sicut sunt odores venenoꝝ ⁊ cadauerum ⁊ eisdem modis dicitur etiam ingustabile.

Queritur Quod est mediũ olfactus. Solutio.aer vel aqua quia olfactus sentit per mediuꝫ extrinsecũ. Et hoc ꝓbat phs sic.quia aĩalia aquatica habent sensum olfactus.⁊ aĩalia habentia sanguinem. Quia ista animalia a longe querunt alimentũ ad quod non mouentur nisi allecta ab odore.⁊ ergo etiam falsum est dictũ Platonis dicentis ꝙ odor est fumalis euaporatio. vt dicit Albertus.⁊ causa illius diffuse dicetur in libro de sensu ⁊ sensato.

Arguitur In aere ⁊ aqua sunt tria scꝫ natura diaphoni.natura frigidi ⁊ natura humidi.sed ꝑm neutrũ horũ possunt esse media. Non primũ quia sic sunt mediũ visus. Non secũdũ quia odor est passio sicci ꝑncipaliter. Nec terciũ quia neutrũ conuenit cõiter duobus. Solõ argumentũ bñ

pbat q nō sunt media fm aliquā illarum triū pprietatum. sed tamen sunt media per aliquod cōmune innominatū. Et odor est in aere et aqua fm q sunt sine odore. et tamen odoris receptiua. et ex hoc non sequitur q alia corpora simplicia sunt etiam media. quia et si sunt sine odore non tamen sunt odoris susceptiua sicut aer et aqua sunt susceptiua euaporatōnis odorifere.

Queritur Utrum potius sit ista euaporatio in aere vel in aqua. Solo in aere et hoc patet. quia nos videmus q tempore frigido debilior etiā est i aere q tpe calido. g minus est in aq q in aere

Queritur Utrum olfactus sit eiusdem rōnis fm speciem in omnibus olfacientibus. Solo sic in rōne potentie. sed tamen differt hoc modo accidentaliter in diuersis olfacientibus. Primū pbat phs duabus rōnibus. Prima est olfactus dicitur qui patitur ab odore tanq obiecto. ergo siue anial odorat inspirando siue non sensus erit eiusdem rōnis ex quo easdem differentias odoris pcipit. Secūda ratō est quia ab eisdem corrumpuntur respirantia et non respirantia. Quia non respirantia coorrumpuntur a malis odoribus vt a sulphure et huiusmodi a quibus etiam homo corrumpitur. Quia sulphur in stagnis proiectū odore interficit pisces. Secūda pars patet. quia homo nō odorat nisi inspirans siue attrahens spiritū et si non inspirat sed expirat aut retineat spm non odorat siue odorabile sit prope siue longe. Animalia vero nō habentia sanguinem hoc mō nō odorāt .s. respirādo. qr frigida hñt corda et nō indigēt euētatōe refrigerāte. Et sic videtur differe olfactus i istis aīalibus accñtalr siue ex pte organi. sicut differt visus aīaliū hñtiū duros oculos ad visū hñtiū molles. qa hñtes molles oculos hñt velamia q sūt lachrimalia palpebre sup oculos. qs qs nō mouens neq pcutiēs nō videt. Aīalia vo hñtia duros oculos hñt oculos nō velatos et mox vident sine ipedimēto ea q apparēt in pspicuo fm actū illumiato. Sic etiā organū olfactus i qbusdā nō ē cooptū vt in his q olfaciūt nō respirādo et iō occurrūt eis stati odores q sūt in aere. Alii vo q odorāt respirādo hñt hmōi instrumētū cooptū qd tñ discoopit qñ olfaciūt Et hinc ē q illa q olfaciūt respirādo nō olfaciūt i aq qauis aq etiā mediū sit olfactus et rō ē qr talia nō olfaciūt nisi ispirādo. inspiratio i aq eē nō pt.

Queritur Qd ē organū olfactus Solo Alberti ē due papule ad modū papularum q sūt in mamillis mulierū ostitute in anteriori pte cerebri porrecte directe cōtra ossa triangularia nasi.

☞ Queritur. Cuius nature dz esse organū olfactus. Solo phi dz eē siccū qr organū olfactus ē potētia ois odor actu vo nullus. qr als nō posset eos recipe. Odor vo vt dr pticularius i de sensu et sensato ē sicci oplexionalis sicut sapor hūidi. g organū dz actu eē tale. Qr dz eē tole in potētia qle ē obiectum actu sicut hoc etiā verum ē i oī actōe physica q agens et patiēs in pncipio sunt dissimilia et in fine similia.

Capitulū quintū de gustu

Queritur De q determiat p. i isto caplo. Solo de qrta potētia sensitiu a. s. de gustu et obiecto eius. Et pmo dt q gustabile ē quiddā tangibile. Et ergo nō pcipit gustus gustabile suū per mediū extrinsecū sed intrinsecum. sicut et ipse tactus

organū of[illegible]

Querit̃ Quõ ꝓbat phs ꝙ gustabile est quiddam tangibile.
Solutõ sic. Quia gustabile est corpus in quo est hu-
miditas actu eo ꝙ sapor sit in humido sicut in ꝓpria materia .sꝫ humidũ est
tangibile. quia calidũ frigidũ humidũ ꝛ siccũ vocãtur qualitates tãgibiles.

Querit̃ Quõ differenter se habent gustabile quod est obiectuꝫ
gustus. ꝛ color qui est obiectũ visus. Solutõ phi sic.
Quia si possemus esse in aqua ꝛ dulce sicut mel misceret̃ eidem. tunc nõ gu-
staremus dulcedinẽ sepatam ab aqua. sed gustarem⁹ ipam aque permix-
tam. ꝛ sic nõ esset aqua mediũ gustandi eo ꝙ sapor esset in ea materialiter
obiectũ vero est in medio spũaliter. ꝛ hoc modo etiam gustam⁹ sapores in
potu sicut in humido vini. ꝛ sic cum humido imutant. Color vero nõ vi-
det̃ ꝑ hoc ꝙ miscet̃ medio ẜm esse materiale vel sic ꝙ aliqd de partibꝫ ma-
terialibꝫ colorati defluat a corpe colorato ad visum. sed sic ꝙ videt̃ in me-
dio ẜm esse spũale siue intentõnale. ꝛ hoc est potius accipe a medio sensibi-
le ꝙ̃ in medio. ꝛ sic vult phs ꝙ accipiens dulce mixtũ cum aqua non acci-
pit ipm per aquã tanꝙ̃ mediũ sed est ipa cũ dulci simul obiectum

Querit̃ An gustus ꝛ tactus sunt distincti sensus. Solutõ
sic qꝛ hñt distincta obiecta ꝛ etiã organa. Quia obiectũ
gustus est sapor siue humor enchym⁹. ꝛ obiectũ tactus sunt qualitates p-
me. Et organũ gustus est lingua siue neruus extensus per totũ corpus lin-
gue. Et organũ tactus est neruus extensus per totũ corpus.

Ar̃ Dicit phs ꝙ gustabile est quiddã tangibile. g̃ sequit̃ ꝙ gustus est
quidã tactus. g̃ nõ distinguũtur. Solutio gustus est quidam
tactus materialiter sed nõ formaliter. Unde accipit̃ dupliciter gustus ẜꝫ
Albertũ. Uno mõ vt est sensus alimenti. ꝛ tunc quadruplici rõne dicitur
tactus. Primo rõne obiecti quod est alimentũ quia nõ nutrit nisi id ex quo
sumus. sed sumus ex calido ꝛ frigido humido ꝛ sicco. g̃ illa nutriunt ꝛ illa
sunt qualitates tangibiles. Secũda rõ sumit̃ ex parte materie que est
mediũ gustabiliũ hec eñ est humidum aqueum insipidũ ꝛ cũ illud sit vnũ
tangibiliũ erit gustus ẜm hoc quidã tactus. Tercia rõ sumit̃ ex ꝑte mo
di gustandi. Quia nihil gustat̃ nisi ipm gustui ꝯiungat̃. g̃ gustus est quidã
tactus sentiunt etiam ambo ꝑ mediũ intrinsecũ. Quarto gustus est tact⁹
in quibusdã membris sicut in lingua ꝛ palato. tactus aũt est in oĩbus mẽ-
bris ꝛ ꝓpter hoc dicit̃ quidã tact⁹ qꝛ solũ in quibusdã membris. Alio mõ
accipit̃ gustus vt est discretiuus saporũ. ꝛ sic nõ est tactus. sed habent di-
uersa obiecta.

Querit̃ Quare gustus ꝛ tactus magis sentiunt ꝑ mediũ intri-
secũ ꝙ̃ ceteri sensus Solutio. qꝛ hi duo sensus sũt ma
gis necessarij. gustus ꝓ salute cõplexionis tactus ꝓ salute mixtionis. Alij
vero sunt de bene esse.

Ar̃ Si mixtũ saluaret̃ per sensum tunc omne mixtũ sentiret. So
lutio mixtũ vt mixtũ non saluat̃ ꝑ sensum vt ꝓbat argumentũ. sed
solũ vt est sensitiuũ. quia tunc sentit mixture corruptõnem.

Querit̃ Quod est obiectum gustus Solo p̄hi. sapor siue humor. Qḋ sic p̄bat. q2 illud est obiectū gustus quod agit in gustū ꝛ p̄ficit sensum. sed sic est de sapore siue humore. igit̃. Nō em̄ sapor agit in gustū sine actuali humiditate. Qḋ patz. q2 salsum nō agit in gustuz nisi q2 liquidū est ꝛ liquefacit linguā ꝛ tactu humido dissoluit̃. et ergo sicut color est visibile. sic humor supple enchymus ē gustabile. et ita gustabile actu vel potentia debet habere humiditatem.

Querit̃ Quō habent se differētie saporis ad gustū Solo p̄hi sicut se habent differentie visibilis ad visum. sicut ergo visus est visibilis ꝛ inuisibilis. q2 iudicat lucidū coloratū ꝛ tenebrā. ꝛ etiā iudicat inuisibile quod est splendiduz. qḋ ex impotentia visus dr̄ inuisibile. et nō sicut tenebra. Et sīliter sicut auditus est soni ꝛ silentij qḋ dr̄ inaudibile p̄uatiue ꝛ est magni ꝛ excellentis soni qui etiā dr̄ inaudibilis. licet aliter q̄ silentiū. q2 dr̄ inaudibilis sicut valde splendidū inuisibile. Sicut em̄ debilis ꝛ prauus sonus dr̄ inaudibilis quodāmō. eo q̄ nō mouet auditū. ita magnus et violentus sonus dr̄ inaudibilis. q2 corrūpit auditū. sic etiā differentie gustabilis se habent ad gustū. q2 est etiā gustabilis ꝛ nō gustabilis Et sicut inuisibile ꝛ inaudibile dicūtur multipl̄r. ita q̄ quiddā sit inuisibile qḋ est omnino tale a quo p̄uat̃ vniuersaliter sensus. et aliud dr̄ tale. q2 etsi aptū natuz sit videri nō tñ hꝫ visum nisi prauū aut corruptum aut debilem. Sicut ingressibile dr̄ vel qḋ omnino p̄uat̃ gradu. aut q2 nō hꝫ sicut debet habere. sed hꝫ debilē et prauū. Ita nō gustabile dr̄ multipl̄r. Primo q2 hꝫ omnimodaz p̄uatōem ad gustū sicut insipidū. aut q2 hꝫ paruū ꝛ prauū ꝛ corruptū gustū

Ar̃. Nulla potēa p̄t se extēdere vltra suū p̄priū obiectuz. sed gustabile est obiectū gustus. ergo gustus nō ꝑcipit nō gustabile Solo nō gustabile accipit̃ dupl̄r. Uno mō ꝯtradictorie. p eo qḋ nullo mō p̄t gustari. et sic nō ꝯtinet̃ sub obiecto gustus. sicut lapis dr̄ hoc mō nō gustabilis Alio mō dr̄ nō gustabile p̄uatiue vel ꝯtrarie. q2 scꝫ prauū vel paruū habet gustum. et sic non gustabile continetur sub obiecto gustus. et sic etiam dicit̃ de inuisibili et inaudibili

Querit̃ Utrū gustus ꝛ tactus eodē mō sunt humidi Solo nō. q2 gustus est ſm suā naturā humidi potabilis ꝛ tactus est humidi simplicis et nō sub ea rōne q̄ potabile est. Potabile em̄ duo dr̄. dicit humidū ꝛ cū hoc qḋ est passum a sicco. et p̄mo est tactus. secūdo est gustus. et sic p̄prie vocat̃ potabile. Humidū em̄ passum a sicco est subiectuz saporꝫ quos facit influere in gustū sicut in potu est. et sic gustus est potabilis et nō potabilis. Sed nō potabile siue impotabile dr̄ multipl̄r sicut non gustabile. q2 quoddā dr̄ impotabile quia nō est natū immutare gustū. aut debiliter aut praue īmutat

Querit̃ Cuius nāture dꝫ esse organū gustus Solo nō dꝫ esse humidū actu. sed potentia. ꝛ nullū dꝫ actu habere saporē sed potentia oēs. Qḋ sic pꝫ. q2 gustus est potētia passiua q̄ immutat̃ a gustabili ſm q̄ gustabile ꝛ nō ſm q̄ tangibile. sed in tali passione necesse est organū fieri humidū. q2 partes saporose nō ꝯtingūt ad organū gustus nisi flu

entes ꝛ ꝯmixte humido potabili. qꝛ ergo in passione qua patitur gustus a gustabili organũ necesse est fieri humidũ. sequit̃ bene ꝙ non fuit humidũ actu sed solũ potentia. qꝛ al's intus existẽs ꝓhiberet extraneũ

Querit̃ Q̃uo phus ꝓbat istud ꝑ signũ. Sol'o sic. qꝛ duo impediũt gustũ siue sensum sapoꝝ. Primũ est si sit lingua nimis sicca ꝛ quasi adusta. sicut est in febricitantibꝫ febre acuta. tũc gust⁹ non discernit sapores. ergo nõ p̃t organũ gustus esse actu ꝛ potentia siccũ. Secũdum etiã est. quia si lingua sit nimis humida tũc sapores lauãtur ab ipsa. sicut pꝫ in illis qui habent phlegma aqueũ multũ descendẽs in linguã. tales em̃ nõ bene discernũt sapores eo ꝙ habent multuꝫ de tali humido in stomacho. et sic oĩa vident̃ eis esse insipida. sicut aqua vel albumen oui. In lingua em̃ fit tactus ṗmi humidi qđ subijcit̃ saporibꝫ.

Querit̃ Q̃uo nos ꝑcipimus illa duo impedimenta. Sol'o phi. Primũ sic. qꝛ infirmis laborantibꝫ ex cholera adurente omnia vident̃ esse amara. eo ꝙ talis sapor est in lingua eoꝝ sicca ꝛ adusta. Secũdũ ꝑcipimus. qꝛ si aliquis gustat fortẽ saporem alicuius viscosi humidi sicut mellis. et postea gustat alterũ videbit̃ sensus gustus in discretione obiecti esse impeditus ꝑ ṗmũ. et ita qui multũ humidum habẽt in lingua semꝑ sunt impediti a discretõe certa saporis. Relinquitur ergo ꝙ si lingua dꝫ bene gustare oporꝫ ipsam esse saluataꝫ a suꝑflua humiditate. ꝛ tñ in potentia esse ad receptõem humoꝝ

Ar̃ Organũ gustus vt supra dictũ fuit est in lingua. sed illa semꝑ ẽ humida humido saliuali qđ est in eius extremitate. ergo semꝑ tale organũ est actu humidũ Sol'o. licet lingua semꝑ sit humida humiditate saporosa. Debet aũt esse humida ṗma humiditate. qꝛ mediũ cõgruentie in gustu est humidũ saliuale. qꝛ partes saporosi qđ ꝑ substantiã suã ꝯiũgitur gustui ꝑmixte cũ tali humido subtiliãtur et efficiuntur fluide. vt possint ꝑ se ipsas penetrare ad gustum

Querit̃ Ubi generat̃ tale humidũ. Sol'o alberti. in radice lingue ꝛ ꝑ ip̃m ꝯtinue spongiositas lingue irrigat̃ ad discretiõeꝫ differentiaꝝ gustabiliũ. et sic ꝯgruit tam gustanti q̃ꝫ gustabili. et ĝ statim dictũ fuit ꝙ nimis sicca existente lingua praue gustamus

Querit̃ Que sunt spẽs saporis. Sol'o phi. sapores extremi sunt sapor dulcis ꝛ amarus. et ille sunt simplices ꝛ ꝯtrarie. et p̃ter illas sunt alie medie que ꝯpõ̃ñdores sunt extremis. sicut pinguis proximus est dulci. et salsus ꝓximus amaro. Distantes vero magis ab extremis versus mediũ ꝑ eque distantiã sumpti sunt acer austerus ponticus acetosus ꝛ acutus. de quibꝫ particularius dicetur in paruis naturalibꝫ. ꝛ dictũ est in p̃cedenti capitulo

¶ Capitulũ sextum de Tactu

Querit̃ Quis est vltimus sensus siue q̃ntus exterior. Sol'o tactus. et hoc s̃m viam ꝑfectionis. qꝛ s̃m viam generationis est ṗmus. eo ꝙ omnes alij eũ presuꝑponũt.

Queritur. Quō philosophus pcedit determinando de ista potentia Solō. mouet duas dubitationes. z in solutiōe earum stat tota determinatio istius capituli.

Queritur. Que est pma dubitatio Solō. ista. an tactus sit vnus sensus vel plures. Et pmo probat phus q tactus nō sit vnus sensus. qz omis sensus vnus est vnius ꝯtrarietatis. sed sensus tactus nō est vnius ꝯtrarietatis. ergo nō est vnus sensus. Maior pz inductiue. qz visus ē albi z nigri. auditus grauis z acuti i sonis. et gustus dulcis z amari in saporib. Minor probat. qz tactus sentit calidū z frigidū z humidū z siccum que faciūt duas ꝯtrarietates quar vna nō sentit p aliam

Queritur. Que est obiectio sophistica quam phus adducit ꝯtra rōnem pdictam Solō. ista. qz in alijs sensib videntur etiam esse plures ꝯtrarietates. qz in voce non sunt solū acutū z grauia tanq̄ ꝯtraria. sed etiam magnitudo z paruitas eius. et lenitas z asperitas eius z his similia. que possunt circa vocem inueniri Etiam circa colores sunt plures differentie ꝯtrarie

Queritur. Quō phus soluit illā Solō sic. qz licet ibi sint plures ꝯtrarietates. tñ omes ille sunt circa vnū ꝯmune subiectū qd est pximū genus ear. qz pme oēs sunt in voce. z ille que sunt in visu sunt sub eodē. In tangibilib vero nō est vnū subiectū pximū qd sit genus illar ꝯtrarietatū. ergo tactus est plures sensus

Arguitur. Sensus dr vnus ex vnitate organi z medij. sed tactus hz vnum organū z vnū mediū. ergo est vnus sensus Solō. argumentū bñ pbat q est vnus materialiter. sed nō q sit vnus formaliter

Arguitur. Si tactus essz formaliter plures sensus. g essent plures sensus exteriores q̄ q̄nq. sed hoc est ꝯtra phm. Solō. ꝯcedit q sint plures quo ad distinctōem formalē obiector. eo q tactus vt dcm̄ fuit pcipit plures ꝯtrarietates. sed sunt solū q̄nq. q ad distinctōez materialē organor

Arguitur. Visus pcipit etiā plura obiecta z tñ nō est plures sensus. ergo tactus nō dz dici ex illa causa plures sensus. Añs patz. qz visus apprehendit colorē z lucem. z tñ illa nō sunt in vno genere etiā pximo. Solō color et lux nō faciūt simplr duo obiecta. ex quo lux siue lumen est hypostasis color. z sic faciūt vnū genus sensibile.

Arguitur. Contra. omes ꝯtrarietates in tactu reducūtur ad vnum genus Probat. qz ad tangibile. ergo erit tactus formaliter vnus sensus Solō tangibile nō est genus absolutū. sed est q̄ddam genus respectiuum. Uel est dōm q ad vnitatē sensus requirit q omis ꝯtrarietates sub obiecto ꝯtente reducātur ad vnū ꝯmune genus quod est p se obiectū illius potētie. sic q adequate respiciat illum sensum. sicut manifestū est de colore z sono respectu visus z auditus. sed sic nō est de tangibili et tactu. qz tangibile extendit se ad tangibile per se z p accñs. sed de illis manifestum est q non ꝯtinentur per se et proprie sub obiecto tactus

Ar Ergo ad minus reducūtur ad hoc gen⁹ qđ est tangibile p se. quia hoc est adequatū obiectū tactus. Solo. nō sufficit vnuz nomen genericū. sed requirit q tale genus habeat sub se vnā ptrarietatē pncipalem ad quā alie possunt reduci. sed sic nō est de tangibili. q2 tangibile p se ptinet duas ptrarietates eque pncipales ad se inuicē nullo mō reducibiles. q2 iste due sunt pme ad quas duas ptrarietates oēs alie reducūtur

Ar Humidū z siccū reducūtur ad calidū z frigidum. ergo sunt ad se inuicem reducibiles. Aňs probatur. q2 passiuum reducitur ad actiuū et frigida sunt humida z calida sicca Solo. qualitates iste possunt accipi dupliciter. Uno mō fm q imutant sensum tactus. et sic vna nō causatur ab alia. hoc autē non puenit lumini z tenebre. quia illa videntur sub ratione albi z nigri. Alio mō psiderantur quo ad esse causalitatis. et illo mō dupliciter accipiūtur. Uno modo fm q reperiūtur in primis corporibꝫ elementis. scz et sic nō causant se. q2 sic equaliter sunt principia elemētorū quorum vnum non causatur ab alio. sic eīm qualitas vnius non causatur a qualitate alterius. nec forma vnius a forma alterius. Alio mō accipiūtur fm q reperiūtur in quibusdam mixtis. z sic calidū z frigiduz pňt esse cause sicci et humidi. et sic nō est de istis in pposito mentio

Ordo potentiarum
Querit Quotuplex est ordo potentiarū Solo quadruplex Quia pmo sunt quedam potentie que sunt potentie naturales. et tales non sunt vnius ptrarietatis. quia natura vt dicitur secūdo perihermenias est ad vnū determinata. sed solum sunt vnius partis cōtrarietatis. et hoc modo ignis est calidus aqua frigida Alie sunt potentie que sunt vnius totius contrarietatis et nō plurium. sicut sensitiue potētie. demto tactu qui est ptrarietatis gemine. vt tactum fuit. Tercio sunt potentie q sunt plurium ptrarietatum. sicut potentie sensitiue interiores. Quarto sunt alique que sunt omniū sicut intellectus. quia intellectus est immaterialis recipiens sine materia et materie appendicijs. intentiones autem contrariorū non sunt etiam contrarie

Tactus consideratur dupliciter
Querit Quomodo tactus sentit dissolutionem continui et oppositum eius. scz psolidationem. cum tamen obiectū ei⁹ iuxta iam tacta sunt quatuor qualitates prime. Solo alberti. tactus consideratur dupliciter. Uno modo fm q est forma perfectiua corporis complexionati. et hoc modo tactus sentit omne quod est cōtrarium cōplexioni et pueniens illi vt est in motu ad ipsium. quod dicitur notanter. quia nihil phibet calorem innaturalem non sentire si sit receptus in pplexionem et fact⁹ quasi naturalis. inquantum naturalem vincit. sicut febricitās febre terciana mirabiliter sentit calorem suū. et tamen minus habet de calore q̄ ethicus Et ratio illius est. quia naturalis calor in tali febricitante non est victus. sed calor febricitantis est in motu z pugna ad calorem pplexionis. Et isto mō tactus sentit dolores in verberibꝫ. et delectatōes in coitu. ita q sensus delectationis fm q est delectatio. et doloris inqptum est dolor nō est nisi in tactu

Ar Uisus etiam delectatur in pulcro visibili. ergo non solum est in tactu Solo alberti in cōmentarijs veteris logices in capitulo de

qualitate ⁊ in libro de hoĩe ꝙ delectatio nõ generatur in visu qui est potentia affixa oculo. sed potius in aĩa apprehendente pulcritudinẽ rei vise. vel solum talia delectant inquantum sunt signa delectabilium ſm tactũ ⁊ non absolute ⁊ sic est de auditu ⁊ olfactu. ⁊ ergo aĩalia alia ab homĩe nõ multum delectantur delectatõnibus colorum ⁊ sonorum ⁊ odorum. Gustus habet quandam delectatõnem. sed illa conuenit sibi inquantum est quidã tactus qui est iudex tangibilium.

Queritur Que est secũda dubitatio siue questio quã phus in hoc capitulo mouet. Solõ hec. Utrũ caro sit organũ tactus. Et pmo pbat ꝙ sic. qꝛ in aliis sensib' sic est ꝙ tũc fit sensatio qñ spẽs sensibiles sunt in organo ⁊ nõ prius. Sed sic est ꝙ tacta carne statim fit sensatio siue sensus in actu. ergo caro est organũ tactus.

Queritur Quõ phs oñdit hoc signũ esse insufficiens. Solutõ sic qꝛ si quis hyminẽ siue mẽbronã extenderit circa carnem tunc statim tacto hymine siue mẽbrana fit sensatio ſm actũ ita ꝙ nõ prius tpe qualitas tangibilis erit in hymine quam sentiatur in corpe ⁊ tamen constat ꝙ hymen non est organũ tactus.

Queritur Contra hymen est extraneus ⁊ extranee superductus carni sed caro ẽ cõnaturalis ⁊ pars aĩati. ergo non videtur simile de hymine ⁊ carne. Solõ phi in effectu ẽ ꝙ licet nõ sit oĩno sile est tñ simile in hoc ꝙ nõ intercidat tps inter sentire ⁊ sensibilẽ qualitatẽ esse in hymine sed in hoc ẽ dissimile. Quia caro ex quo naturalis ẽ ⁊ ps aĩati corpis certius demonstrat sensibile quam hymen. ⁊ ergo signũ adductũ per aduersarios est fallax.

Queritur Quõ caro se habet ad tangibilia Solutõ phi sic sicut si aer circulariter esset nobis aptatus vt ps actualis sentientis corpis tũc enĩ p vnã ptẽ corpis nr̃i videremur sentire sonũ odorẽ ⁊ colorem ⁊ ab vnitate illius partis qua sentiremus illi tres sensus viderentur eẽ vnus sensus. nũc vero qꝛ mediũ in illis tribus sensib' est distinctũ a substãtia sentientis ⁊ organa etiã distincta manifestũ est cuilibet ꝙ nõ sunt plures sensus. In tactu vero nõ est hoc manifestũ eo ꝙ mediũ eius non potest esse a nobis sepatum.

Queritur Quare tactus sentit necessario p mediũ intraneũ Solutio phi qꝛ oportet corp' aĩatũ esse aliquod firmũ cõmixtum maxime ex aqua ⁊ terra vt in eo possint fieri operationes vite. Si enĩ esset simplex aereũ vel aqueũ tũc continuaretur corpori quod tangeret ipm Si aũt tm̃ terreũ esset tunc propter frigiditatem ⁊ siccitatem que sunt qlitates mortificatiue non haberet aptitudinem ad vitam. ergo debet esse ex omnibus quatuor elementis ⁊ per cõsequẽs necessariũ est ꝙ habeat mediũ coaptatum vt tangat vndique nocentia ⁊ conuenientia ⁊ recedat a nocentibus ⁊ cõiungat se per essentiam cõuenientibus. ergo requiritur necessario ꝙ in tangente sit corpus medium cõmixtum per quod fiant sensus tact' cũ

V. Caro sit organum tang

hymen

sint plures. Hoc autem medium est caro que mox occurrit tangentib9 vel carne proportionabile. Etiam caro ſm Albertū ponitur medium quia nulla pars hominis vel alterius sentientis ita ad equalitatem medij ē mixta ꝛ reducta sicut caro.

Queritur Quomodo ostendit phus ꝙ tactus sit plures sensus et non vnus. Solutō hoc demonstrat tactus qui est in lingua. Quia ille tactus tangit omnia que possunt tangi ꝛ insuper ſm eandem partem lingue in qua est tactus tangit saporosa ꝛ si ita esset in toto corpore ꝙ etiam quelibet pars sentiret saporem cum tangibilibus tunc gustus ꝛ tactus viderentur vnus sensus. ꝛ hoc idem etiam videreƚ si lingua esset animal. Sed nunc discernūtur illi duo sensus. Quia non conuertibiliter in eodem sunt organo. sed vbicunqꝫ est gustus ibi necessario est tactus sed non econtra. quia tactus est in pede in quo non est gustus. ğ sunt sensus diuersi per diuersa organa. Tactus vero ꝛ si subiecto non diuersificatur tamen formaliter sunt diuerse ipe virtutes tactiue propter diuersitatem obiectorum.

Queritur Que est dubitatio quam phus mouet de medio tact9 Solutio hec an preter medium intrinsecum in tactu sit etiam medium extrinsecum. Et arguit primo phs ꝙ sic. Quia omnia habentia virtutem tactiuam habitant in aere vel aqua. In aqua nihil tangit nisi ſm superficiem humidam vel humefactam. Omne autem habēs superficiem humidam habet aliquid corporis humidi sibi in superficie adherentis. sed omne corpus habet profunditatē ex quo profunditas est dimensio constituens corpus. ergo inter quelibet tangentia se in aqua intercidit mediū habens profundum in quo qualitas tangentis prius est q̄z in sensu tact9. Et sic cū oim habitātiū in aquis vltia sūt impleta aq̄ oia tāgētia i aq̄ medio extrinseco vtunƚ in aqua p qd fit tactus istoꝝ. Et eodē mō sequitur in aere. Quia aer est humidus ꝛ replet superficies tangentiū se. ğ videƚ ꝙ nō fiat tactus tm̄ p mediū intrinsecū hoc aūt est ꝯtra rōnē tactus Quia illa se tangūt quoꝝ vltima sunt simul nō intercidente aliquo alio et sic verus tactus videƚ esse ꝛ eodem modo istud est in aere licet in aere magis lateat sicut etiam aīalia in aqua habitantia vt pisces magis nos latēt q̄z in aere habitantia eo ꝙ aer magis tenuus est.

Queritur Que est dubitatio quā monet phs circa p̄dicta Solutio ista. An oim sensibiliū ſm vnā similitudinē sit sensus per mediū extrinsecū an quorūdā sensuū sit aliter q̄z in alijs eo ꝙ gust9 et tactus videnƚ accipe sua sensata in eo ꝙ tangunt ea corpali tactu siue ſz vltima. Si eni sic est ꝙ ois sensus sentit per mediū extrinsecū licet quidam cum hoc tangant sua sensata ꝛ quidā non ita ꝙ sensibilia longe distāt ab eis sicut in visu ꝛ auditu ꝛ olfactu ꝛ reddunƚ medijs per ipsa que media prius imutanƚ tunc sequitur necessario ꝙ omia sensibilia sentimus p altera siue extrinseca media ꝛ sic per mediū extrinsecū sentimus durum molle et alia tangibilia sicut colorem ꝛ sonum. ꝛ sic non erit differētia in habendo medium extrinsecū quinqꝫ sensuū sed potius in sentiendo per medium ex-

trinsecū longe vel prope ꝛ propinquitas sentiendi per medium extrinsecuꝫ erit causa quare latet quedam habere medium extrinsecum cum tamen ſm veritatem habeant sicut supra dictum fuit de hymine qui procul dubio mediat ꝛ tamen est adeo tenuis ꝙ latet nos an qualitates sensibiles prius sit in hymine primo ꝛ ꝑ hyminē in carne.

Queritur Quō phus soluit dubitatōnem primā. Solo sic ꝙ in veritate in tāgentia ꝛ se in humido aeris vel aque. habent inter suas superficies intercidens aliquod corpꝰ humidū. sed hoc medium nō est necessariū ꝓpter sensum sed accidit ꝓpter supplementū vacui. Et etiam hoc mediū est adeo tenue ꝛ adherens superficiebus tangentibus illud mediū ꝛ imutat sensum. ergo non tangit ꝑ illud sicut ꝑ mediū. sed per aliquid sibi circūpositū. Et in hoc differt a medio visus ꝛ auditus. Quia ibi obiectū in mediū ꝛ mediū ꝯsequenter in organū ꝛ sic mediū in illis sensibus prius prioritate nature siue causalitatis recipit speciem sensibileꝫ ꝙ̄ organum. Dicitur notanter prius prioritate nature siue causalitatis quia simul tempore in visu fit imutatio sensus ꝛ mediꝫ ꝛ tamen ibi est prioritas causalitatis quia sensus non imutatur nisi causaliter imutatū fuerit medium. ꝛ hoc mediū necessariū est ad sensum sed in gustu non requiritur extrinsecum mediū de necessitate sensatōnis sed ꝑ accidens vel ad bene esse. Per accidens quidē quo ad tactum per infusionem vltimoꝝ ab humido aeris vel aque. Et ideo tangibilia non sentiūtur a medio sicut fit in sensibus tribus visu auditu ꝛ olfactu. sed simul sentiūtur cum talibus mediꝫ que infundunt vltima. Et simile est in clypiato qui percutitur. Quia ibi non sic percutitur clypius ꝙ ipe percussus ꝯsequenter percutiat hominē ꝛ reddat sibi percussionem. sed potius simul percutiuntur clypius ꝛ clypiatus vno ꝛ indiuisibili ictu. ꝛ sic est in illis que se tangunt in humido aeris vl' aq̄. Ad bene esse mediū extrinsecum requiritur in gustu. quia ibi est humidum saliuale quod facit partes corpis saporosi penetrare spongiositatem lingue vt supra dictum fuit.

Arguitur In tactu est necessariū mediū extrinsecū. ergo dictū falsū. Probatur. quia omē generās spēm suā in subiecto a longe nō hn̄s cōtactū cū patiente agit ꝑ mediū extraneū sꝫ tāgibiles q̄litates calidum frigidū humiduꝫ et siccum sunt hmōi. ergo agunt per medium extrinsecum. Minor est manifesta. quia videmus ꝙ calidū distans a tangente agit in tactū. Solo licet calidū frigidū humidū ꝛ siccū imutent ꝑ medium non t̄n sunt in illo medio siue intermediꝫ sicut sensibilia in medio. sed sunt ibi sicut in subiectis ꝛ materialiter. quia cessante primo calefaciente vel frigefaciente adhuc remanet caliditas in talibus mediꝫ. Sed coloratū est in aere tanq̄ꝫ in medio. ꝛ non sicut in subiecto. Etiam elementa sunt ꝓpria subiecta qualitatū tangibiliū. non aūt sunt subiecta sonoꝝ odoꝝ ꝛ saporum.

Arguitur In tactu nullum est medium omnino nec intrinsecum nec extrinsecum. ergo. probatur ex definitōne tangentiuꝫ. qꝛ illa tangunt se quoꝝ vltima sunt simul. sed illa non habent medium. igitur. Solutio Alberti tactus consideratur dupliciter. Vno mō inq̄ꝫtum est forma cor.

poris aīati anima sensibili. z sic habet pro organo totū corpus z nō vtitur aliquo medio sed apprehendit in oībus partibus sue materie simul tempore ita q non in vna prius z in alia posterius sicut videm9 q puncta manu statim sentimus in toto corpore z totus homo percipit lesionem. Alio modo accipit tactus in rōne potentie inqn̄tū videlicz est iudiciū sensibiliuz hoc est in ordine ad obiecta sua. z sic natura prius imutat caro q̄3 neruus. Quia caro vicinior est obiecto q̄3 neruus licet non imutetur pus tpe.

Queritur In quibus partibus aīal sentit melius qn̄ tactus accipitur in ratōne forme. Sol'o in illis partibus que magis reducte sunt ad equalitatem z melius participant speciem sensibilem. z ergo ossa ppter nimiam terrestreitatem non sentiunt cerebrum etiam pili vngues non sentiunt nisi s̄m modū quendam inqn̄tum scz circūposita sūt neruis z panniculis in quorū dissolutōne sentitur dolor. Ex quo em̄ forma est aīati aīa sensibili totā suā materiam terminat z ergo quicq̄d imutat cutē et neruum pcipit z sic verificatur dictū Auicenne dicentis q tactus est in corde quod est principiū totius corpis z per fila neruorū cōtinet totū corp9

Queritur Utrū posito tangibili sup neruū tactiuū fieret etiā sensatio illius potentie. Sol'o Alberti non solū fieret sensatio hoc est tactus. sed subtilissimus tactus. eo q non est eodem modo in tactu z in alijs sensibus.

